Quod inſtra exẽplata cũ auctoritate rectoris obtineãt firmitatẽ. rub. 142.

ITem ſtatuerunt ꝙ omnia inſtrumenta exemplata: & quæ ulterius exemplabuntur cum auctoritate rectoris uel manu publica notarii ualeant tanꝗ autentica etiam ſi autenticum uel autentica nõ apparerẽt ejus notarii qui principaliter rogatus fuerit. Et ſimiliter habeat locum in exemplis protocoloꝝ notarioꝝ mortuoꝝ præteritis & futuris. Et poteſtas & rectores teneantur eorum auctoritatem præſtare dictis exemplis. Et hoc ſtatutum ſeruetur perpetuo ſine remedio conſilii.

De regalibus conſilii a notariis cauſarum ciuiliũ ſoluendis. rub. 143.

STatuimus & ordinamus etiã ꝙ Notarii in futurũ in conſilio generali extrahendi ad ſcribendum acta ciuilia poteſtatis Piſauri ſecundum formam ſtatutoꝝ & conſuetudinem dicte ciuitatis qui ad ſcribendum dicta acta per ſe uel per eorum ſubſtitutos uacare uoluerint & approbare & acceptare dictã extractionẽ de eis fiendã teneãtur, & debeant ſoluere antequã dicta acta deſcribere inceperint eorum extractori & electori ducatum unum: ad rationem auri & ſi dicti notarii ſic extracti ut præmittitẽ recuſarent deſcribere dicta acta per ſe uel eorum ſubſtitutos quod in dicta extractione acceptare uel recuſare teneantur & debeant ſi præſentes fuerint: alias infra triduum a die extractionis in manibus Cancellarii cõmunis Piſauri. Et ſi contigerit quẽpiam dictoꝝ notariorum extractorum dictam deſcriptionem recuſare tũc & eo caſu dicti extractores debeant loco recuſantis eligere unum alium notarium idoneum loco illius cũ ſolutione prædicta fienda dicto electori per dictum notarium ſic electum: ſiquis uero notariorum auſu temerario contrafecerit contra præſens noſtrum ſtatutum pœna uiginti quinqꝫ librarum boñ. camere noſtre applicãdam ſubſtinere ſancimus & acta aliter per eos facta & ſcripta nullam roboris obtineant firmitatem carere debitis ſubſtantialibus intelligantur cum refectione intereſſe legiptimi dãnorum expenſarum quibuſcũqꝫ in cõtrarium facientibus non obſtantibus.

De regiſtro tenendo per Notarios ſedentes ad ciuilia. rub. 144.

QVoniam multotiens accidit quod pro expediẽdis cauſis neceſſe eſſet uidere in anno qui dies fuiſſent juridici ſtatuimus & ordinamus ut ſinguli notarii qui pro tempore ſedebũt ad acta ciuilia ſcribenda dñi poteſtatis ſiue ad acta appellationũ teneantur & obligati ſint ſcribere in principio eius quinterni actorum omnes dies ſingulorum menſium ad modum calendarii ad unũ quẽqꝫ diẽ ſi fuerit feriatus ſiue in honorem Dei ſiue ex alia quacũqꝫ cauſa ſcribere ad illum diem: feriatũ propter talem rem idest cauſam propter quã fuit feriatus: pœna unius ducati cuilibet notario cõtrafaciẽti.

Explicit Liber Primus.

De modo & forma procedendi in cauſis ciuilibus & infra quantum tẽpus ter minari debeant ꝙ acta dentur in ſcriptis. Et quomodo in cauſis uiginti libris infra poſſit procedi. rubrica. prima.

ITEM STATVERVNT ꝙ citato reo ſm formã ſtatutorum de citatione loquentium ad petitionẽ actoris uel alterius eius actoris nomine cõparẽtis & libello ſeu petitione facta ſeu porrecta ipſo reo cõparẽte oẽs exceptiones declinatorie & dilatorie iudicii infra ſex dies a die citationis facte numerandos proponi & probari debeant tã ex parte actoris q̃ rei: & tam Iudex q̃ partes ſe habeant diligẽter ꝙ infra dictum terminũ pronuncietur ſuper cõpetentia Iudicis ſi expedierit: & ſuper legitimatione perſonarum: quo termino elapſo ſi dicte exceptiones nõ fuerint propoſite & probate non audiat̃ de cætero nec opponi & ꝓbari poſſint. Et ꝙ nulla exceptio uel replicatio in quacũq; parte Iudicii admittatur: niſi tã pars q̃ aduocatus proponentis primo iurauerit de calũnia: ꝙ ſi iurare recuſauerint: tũc pro reiecta habeat̃ & amplius allegari nõ poſſit cuius quidẽ libelli ſeu petitionis detur copia reo / expẽſis actoris cui libello reus teneat̃ ĩfra tres dies ad plus arbitrio Iudicis limitãdos reſpondere / in cuius quidẽ termini ultima die ſi reus cõtendendũ deliberauerit lis debeat cõteſtari. Et Iudex ꝑcipiat ut cõteſtent̃. Et ſi litem partes uel aliqua earum litẽ noluerint cõteſtari habeatur lis pro cõteſtata. Et ex nunc Iudex procedat ad ulteriora dando actori primã dilationẽ cõpetentẽ ad probandum de iure ſuo ut ſibi uiſum fuerit expedire. Ita tñ ꝙ uiginti dierum ſpacium dicta dilatio nõ excedat. Et ſi probetur per iuramentũ petentis ſecundã dilationẽ in prima dilatione legitimum habuiſſe impedimentũ detur per Iudicem ſecunda dilatio quinq; dierum. Et ſi probetur per teſtes idoneos legitimum impedimentum habuiſſe etiam in ſecũda detur actori tertia & ultima peremptoria dilatio ad probandum & probatum habendum quinq; dierum: quibus terminis uel primo termino ſi nullum affuit actori legitimum impedimentum elapſis dentur reo ad faciendum proponendum & probãdum omnes ſuas defenſiones ſimiles dilationes: ut qualibet ex dictis dilationibus datis tã actori / q̃ reo ſit cõis uterq; ſm formã iuris cõis. Elapſiſq; prędictis terminis & dilationibus hincinde publicent̃ teſtes pro utraq; parte ſi qui fuerint examinati & detur terminus decẽ dierũ hinc inde ad accipiendũ copiã & opponendũ oẽs exceptiones de iure cõi ante ſententiam: quæ opponi poſſint. Et oĩa & ſingula deducta ĩfra dictũ terminũ tam in reprobando q̃ in excipiendo probãda & probatũ habẽda per oẽm genus probationis. Quibus terminis elapſis cõcludat̃ in cauſa & pro cõcluſo habeat̃: & detur terminus utriq; parti ad elegãdũ quatuor dierũ uel minus arbitrio Iudicis: quo elapſo Iudex corã quo cauſa fuit incepta teneat̃ & debeat cauſam per ſuã ſentẽtiã diffinitiuã terminare quã ſi infra quatuor menſes a die citationis prime de qua ſupra in principio numerãdos per ſuã ſentẽtiã diffinitiuã nõ deciſerit ipſo iure uice qualibet incurrat pœnã. xxv. lib. ꝗ. de facto exigẽdã & cõi Piſauri applicãdã. Succeſſor uero Iudicis corã quo cã fuerit incohata teneat̃ infra tẽpus qđ ſupereſt ex tpe ꝑdeceſſoris ſui cãm decidere / & terminare.

Ita tñ ſi tēpus reſidui fuerit ſufficiēs ad oia litis certamina: quę reſtarēt expediēda ſecū dum formā ſuperius annotatā: alias aūt addať & ſuppleať tantū tēpus iſra qđ poſſet modo & ordine ſuperius denotatis oia litis certamina expedire cōſiderato ſtatu in quo cauſa remanſit tēpore finiti officii ꝑceſſoris: & ultra habeat ſpaciū octo dieꝝ: & ſi in fra tēpora quæ incipiant currere ſucceſſiue ex die quo ſibi notificatū fuerit per aliquā partiū litē corā ꝑceſſore incohatā fuiſſe: & corā ipſo pēdere nō deciſerit cauſam corā ꝑceſſore ſuo incohatā ſimilē pœnā.xxv. lib. incurrat. Et quia ex ignorātia & inaduertē tia notarioꝝ deputatoꝝ ad bancū ciuiliū cauſaꝝ ꝗ plura ſcribunť in actis: de quibus nō fuerunt rogati ſtatuerunt ꝙ oia & ſingula acta ab ipſis partibus corā iudice facien da in cauſis excedentibus ſummā uiginti lib. excluſiue dentur in ſcriptis per partē quæ petierit aliquid in cauſa actitari excepta petitione citationū uel monitionū per iudicē fiendaꝝ in quacūqꝫ parte iudicii ſub pœna cōtrafacienti de facto & notario qui ali‑ ter ſcripſerit acta.xl. ſol. ꝝ. pro qualibet uice & decē lib. iudici qui prædicta obſeruari non fecerit. Addicientes ꝙ etiā in dictis quatuor menſibus ſtatutis iudicibus oēs feriæ cuiuſcūqꝫ cōditionis cōnumerenť exceptis ferijs meſſiū & uindemiaꝝ quæ dicto tēpo re detrahāť & excipianť & in eo nō cōnumerēť. Et ꝓdicta locū habeāt in cauſis exce dentibus ſummā uiginti lib. in cauſis uero uſqꝫ ad quātitatē uiginti. lib. incluſiue poſſit procedi extraiudicialiter ſine figura iudicii & ſola facti ueritate inſpecta ꝓut actori ui‑ debiť & placebit cū ſcriptura uel ſine & diffiniri & terminari debeat per iudicē quā citius de cā liquerit. Ita tñ ꝙ terminatio & deciſio ꝓdicta unius mēſis ſpaciū nō excedat.

Quod in cauſis pupilloꝝ uiduaꝝ & miſerabiliū ꝑſonaꝝ poſſit ꝓcedi ſine ſtrepitu & figura iudicii ueritate inſpecta. Et quæ ſint miſerabiles ꝑſonæ. rub. 2.

ITem ſtatuerunt ꝙ in cauſis ciuilibus cuiuſcūqꝫ quātitatis exiſtāt pupilloꝝ/uiduaꝝ & miſerabiliū ꝑſonaꝝ/ac pauperū procedať ſumarie & de plano ſine ſtrepitu & fi gura iudicii ſola facti ueritate īſpecta ꝓut in ꝓdictis utilius fore uidebiť. Et miſerabiles & pauperes itelliganť oēs & ſinguli ciues uel habitatores cōtinuo habitātes in ciuitate uel comitatu Piſauri. Qui nō habuerint in bonis ualorē ducētoꝝ florenoꝝ monete ue teris ad rōnē boñ.xl. pro quolibet floreno. Et idē obſerueť ꝙ ſine ſtrepitu/& figura iu dicii & ſola facti ueritate inſpecta procedatur ubi quis peteret dotem ſibi promiſſam quantūcunqꝫ quantitatis fuerit talis dos uel ubi pro repetitione dotis ageretur.

Qualiter Iudices Poteſtatis debeant ſtare ad ius reddendum in die horis congruis. rub. 3.

ITē ſtatuerūt ꝙ Poteſtas & oēs Iudices ciuitatis Piſauri debeāt uenire ad tribunal ubi ius reddiť horis debitis & cōſuetis poſt pulſationē cāpane ꝗ pulſať ad ius red‑ dendum: & ibi ſedere debeant ad ius reddendū & benigne audire uenientes corā ipſis & eoꝝ qōnes expediāt iuxta ſtatuta cōis Piſauri cōſuetudines & iura uinculo iuramēti.

Quod quæſtio finiatur per iudicē corā quo incepta eſt. rub. 4.

SI aliqua quæſtio cauſa ſiue litigiū incepta fuerit per partes coram uno iudice per eundem finiri debeat & terminari/ne cauſe continentia diuidatur: pœna uiginti ſol. ꝝ. cōtrafacienti applicanda camere. Et nihilominus tractetur cauſa prædicta coram eo Iudice a quo incepta fuerit: & proceſſus aliter factus ſit ipſo iure nullus.

Quod oẽs cauſe in foro Piſauri tractari debeát & cognoſci. rub. 5.

OMnes cauſe in ciuitate Piſauri tractari debeát & finiri & alibi facte ſint ipſo iure nulle una cũ ſentẽtiis in dictis cauſis ſubſequtis & nemo de dicta ciuitate extrahat. Qui uero ꝯtrariũ atẽptauerit ſiue fecerit puniat in cẽtũ duc. auri applicãdis camere & ad ipſius partis itereſſe teneatur extimãdũ ſcro euocati ꝑdicti & poſſit uocãs impune offendi in ere & in ꝑſona nec ei in aliquo ius reddatur ſtatuto uel iure aliquo nõ obſtante & ſit exemptus a protectione cõmunis.

De interpoſitione appellationis fienda & interponenda infra certũ tẽpus. Et a quibus appellari poſſit & in quibus caſibus nõ. Et infra quantũ tẽpus appellatio debeat terminari. rub. 6.

SI aliquis uoluerit appellare ab aliqua ſnia diffinitiua debeat infra decẽ dies a die latæ ſniæ numerãdos ſuã appellationẽ ſecũdũ iuris ordinẽ interponere: & ab ipſo decimo die uſq; ad alios.xv.dies cõtinuos ipſam appellationẽ introducere corã Iudice, ad quẽ: & corã eo produxiſſe & ſeu deduxiſſe dictã appellationẽ & grauamina a quibus appellauit: alioquin ſi ꝑdicta nõ fecerit & adimpleuerit tũc & eo caſu appellãs ãplius nõ audiat ſed prima ſnia firma ꝑmaneat & exequtioni mãdetur ac ſi appellatũ nõ eẽt, & teneãt iudices dictas cãs appellationũ ꝑ ſniã expediri ptibus iſtãtibus: uł altera pte tñ iſtãte infra.lx.dies ꝯtinuos a die appellationis numerãdos ſub pœna cẽtũ duc. camere applicãdoꝶ pro q̃libet uice & in q̃libet cã niſi ſteterit ꝑ ptẽ appellatã uel iudicẽ qui de appellatione cognoſcit hñtẽ iuſtũ & euidẽs ĩpedimẽtũ de quibus ꝯſtiterit: & declaratũ fuerit infradicta tpa per aſſertionẽ & declarationẽ iudicis antedicti: quo caſu declarationis ĩpedimẽti exiſtẽtis reſtituat per ipm iudicẽ ac ẽt reſtitutũ intelligat ipſo iure tãtũdẽ tpis & nõ ultra quãtũ fuerit declaratũ ĩpedimẽtũ extitiſſe. Et hoc ĩtelligat in ciuilibus cauſis tñ. In criminalibus uero teneat appellare ĩfra qnq; dies a tpe ſniæ ſeu cõdẽnationis cõtinue numerãdos & ab ipſo quinto die ĩfra.xxx.dies ipſam appellationẽ ꝓſequi: ĩfra qđ tps debeat ipſa cã appellationis ꝯimodo terminari. Alioquin ſi ꝓſequutus nõ fuerit uel ſup ipſa appellatione cognitũ & terminatũ nõ fuerit ut dictũ eſt ĩfra dicta tpa: prima ſnia ſeu cõdẽnatio firma ꝑmaneat & exequtiõi mãdet: niſi iuſtũ & euidẽs ĩpedimẽtũ iudicis intercederet & ꝯſtaret ĩfra.xxx.dies de eo put & ſicut ſupra in ciuilibus eſt expreſſum & tũc tãtũdẽ tpis ſolũmodo reſtituat & reſtitutũ ĩtelligat ut ſuperius in ciuilibus dictũ eſt. Et dictã cõdẽnationẽ ĩfra tertiã diẽ poſt ꝑdictos.xxx.dies & tpa reſtituta qñ reſtitutioni locũ eẽ cõtigeret ſoluere debeat: alioquin qñ pecuniaria eſſe cõtingeret principalr uel ſecũdario uel in ꝯditionis defectũ uel aliter quoquomodo cũ q̃rto pluri ipſam cõdẽnationẽ ſoluere cõpellat oĩ exceptione & appellatione remota. Statuẽtes & ordinãtes ꝙ ante tps diffinitiue ſnię uel ẽt poſt a nulla ĩterlocutoria mera appellet in ciuilibus uel criminalibus: niſi in caſibus in quibus a iure ciuili appellari ꝯcedit. Quibus caſibus ſentiẽs ſe grauatũ poſſit appellare die late ĩterlocutorie uel illati grauaminis uel ſequẽti tñ. Quæ appellatio ĩfra decẽ dies cõtinuos a die ĩterlocutorie uel illati grauaminis numerãdos per iudicẽ debeat cognoſci & terminari ubi nõ ſit neceſſe de ipſa appellatione fieri cõmiſſionẽ ſpecialẽ: ut quia in illa ſit appellationis iudex ordinarie deputatus: ſed ubi neceſſe ſit & requirat cõmiſſionẽ fieri debeat cognoſci & terminari ꝑ iudicẽ ad quẽ cõmiſſa fuerit ĩfra.xv. dies cõtinuos a die ĩterlocutorie uel illati grauaminis cõputãdos. Et ſi appellatio facta nõ fuerit ĩfra dictũ tps uel ſi fuerit infra dictũ tps facta & nõ fuerit terminata infra decẽ dies uel.xv. ut ſupradictũ eſt in

oībus caſibus ſupradictis appellatio ipſa ſit nulla ipſo iure. Et iudex pricipalis cauſe co
gnoſcere & ꝓcedere poſſit:ac ſi nō fuiſſet appellatū. Et an ſit de caſibus a quibus de iure
ciuili uel nō cōcedit᷑ appellare ſtetur oīno adeo ꝙ appellari nō poſſit: declarationi iudi
cis ad quē ſeu eius qui de appellatione cogniturus eſt: qui teneat᷑ declarare infra duos
dies a die appellationis interpoſite/ ubi cōmiſſio nō requirit᷑: uel ubi cōmiſſio requirat᷑
infra quatuor dies a die cōmiſſionis facte numerādos parte citata uel nō ꝓut eidē iu
dici declarare debēti uidebit᷑ & ēt libere placuerit. Quæ declaratio ſi nō facta fuerit in
fra dicta tpa/ ꝓcedat᷑ in principali cā ac ſi appellatū nō eſſet. Et uictus uictori in quo
libet caſuū ꝑdictoꝝ anteq̄ audiat᷑ uel ad aliqđ admittat᷑ per iudicē corā quo cā princi
palis agitabit᷑ oēs legitimas expēſas reſarcire cōpellat᷑. Et ſuccūbēs in appellatione qua
libet ab interloqutoria per ſniam uel deſertionē alicuius fataliū ꝑdictoꝝ ſoluere cōpel
lat᷑ unū ducatū ꝑ iudicē a quo appellatū fuerit de facto & abſq; ſolēnitate aliqua per
cohertionē realē uel ꝑſonalē oī exceptione & appellatione remota cuius pœnę in cau
ſis ciuilibus medietas applicet᷑ parti appellate: & alia medietas deueniat camere Illuſ. dñi
Piſauri. In cauſis uero criminalibus tota dicta pœna deueniat in camera ꝑdicta ſub pœ
na quadrupli ꝯtrafaciēti iudici ꝑdicti a quo & dictā pœnā nō exigenti: & ſoluere nō fa
cienti de ſuo ſoluendā/ & ut facilius dicta exequtio unius ducati fieri poſſit. Statuerūt
ꝙ in criminalibus ciuilibus ſiuē miſtis appellās ab aliqua interloqutoria ex iterloquuto
riis ſupradictis: in quibus ꝑmittit᷑ appellare illa die qua appellationē interpoſuerit te
neatur & debeat penes idoneā perſonā uel notarium penes quem appellauit depoſitū
dicti ducati facere uel idoneū fideiuſſorē ꝑſtare de ſoluendo dictū ducatū in caſibus
& caſu quolibet ſupradictis alias habeat ꝓinde/ ac ſi appellatū nō eēt & appellatio ipſa
deſerta habeat᷑ & nulla ſit ipſo iure. Et iudex a quo in cā ꝓcedere poſſit libere/ ac ſi ap
pellatū nō eſſet/ nec ſuperſedere uel deferre dicte appellationi teneat᷑ donec dicta fide
iuſſio ꝑſtita uel dictū depoſitū ut ꝑmittit᷑ factū fuerit: & iſto caſu noīe pœnę .x. ſol. tm̄
ſoluere cōpellat᷑ appellans per iudicē antedictū. Addiciētes ꝙ a nulla interloqutoria de
ꝑdictis poſſit appellari niſi ſemel tm̄: nec poſſit appellari ab aliquo actu qui fieret in cā
talis iterloqutorie ꝑdicte. Præterq̄ latę ſup legitimatione ꝑſonaꝝ pro aliis in iudicio in
teruenientiū & appellatio aliter facta ꝑſumat᷑ friuola & cā morāde litis facta & ei nulla
acteris deferat᷑ & ꝓcedat in cā ac ſi iterpoſita nō eēt. Saluo ꝙ ꝑdicta locū nō habeāt
uim interloqutoriis hntibus in diffinitiue. In quibus quo ad ordinē & tēpus iterponēdi
itroducēdi ac ꝓſequēdi cās ipſaꝝ appellationū. In oībus & per oīa ſeruet᷑ ꝓut ſuperius.
In diffinitiuis ordinatū ē/ excepto qđ a ꝑdcis nō liceat unicuiq; niſi ſemel tm̄ appellare.

Quod ſimul & ſemel nullitates & iniquitates deduci debeāt. rub. 7.

Item ſtatuerunt ꝙ quilibet appellās uel reclamās uel recurrēs cām nullitatis uel ini
quitatis in appellatione ſua ſeu reclamatione uel recurſu ſiue a diffinitiua ſiue iterlo
qutoria interpoſita ſimul & ſemel deducere & intētare poſſit ac etiā teneatur: & ſimul
agitari debeat utriuſq; iudiciū & per iudicē terminari & ꝙ ſinguli termini: qui per pñs
ſtatutū uel alia ſtatuta in appellationū cauſis exiſtunt ordinati qrū ad eoꝝ initiū pro
greſſum & finē: ſiue quo ad modū & ordinē ꝓcedendi. In cauſis nullitatū ſint & eſſe
intelligant᷑ ſic coniuncti ita ꝙ ultra agēdi de nullitate aditus ſit: & eſſe debeat oīno ꝓclu
ſus & appellationis cā deſerta per lapſum alicuius fataliū ꝑdictoꝝ uel per ſniam Iudicis
terminata ſit nullitas & nullitatis cā deſerta & terminata intelligat᷑ adeo ꝙ ipſo iure
amplius de nullitate agendi facultas & aditus ſit penitus interdictus. Excepto tñ ꝙ in

ciuilibus

ciuilibus quo ad principiū & ſeu initiū & tēpus proponendi de nullitate in caſibus ubi appellatio interpoſita nō fuerit per præſens ſtatutū p̄iudiciū generari debeat quo minus quādocunqꝫ poſſit dici de nullitate & principaliter uel incidenter.

Infra quantum tempus poteſt peti reductio ad bonū uirum & reclamatio a ſententiis arbitrorum & arbitratorum. rub. 8.

STatutum eſt ēt ꝙ a diffinitionibus laudis arbitramētis laudi declarationibus ſeu decisionibus quibuſcūqꝫ arbitroꝝ ſeu arbitraroꝝ uel amicabiliū cōpoſitoꝝ: ſiquis potuerit & uoluerit. v3. in cauſis p̄miſſis appellare redutionē ad arbitriū boni uiri petere de nullitate dicere uel dolo arguere uel alio quolibet modo reclamare poſſit & debeat facere infra decē dies a die ipſius late ſnie / laudi arbitramēti / declarationis ſeu decisionis numerādos. Et ultra decē dies minime ad p̄dictoꝝ aliquod audiat̄ / & ab ipſo decimo die uſqꝫ ad alios. xv. dies ipſam reductionē introducere & proſequi ꝓut ſupra in ſtatuto de interpoſitione apellationis fiēda & interponēda ordinatū eſt ꝙ ſi nō fecerit: tūc & eo caſu ſilr̄ amplius nō audiat̄: ſed prima ſnia laudū arbitramētū / declaratio ſeu decisio rata maneat & oio exequtioni mādet realr̄ & ꝑſonalr̄ per iudicē ordinariū oi exceptione & appellatione quacūqꝫ remotis. Si uero infra dicta tp̄a per diffinitiuā ſniam terminata ſeu terminate fuerint ab ipſa ſnia diffinitiua & terminatione appellari de nullitate uel aliter querelari nō poſſit: ſed illi ſtet̄ & ſtari debeat penitus & oino & oi facti & iure exceptione oppoſitione & appellatione remotis & exequtioni mādari poſſit & debeat per ipſum iudicē ꝓferentē & quēlibet aliū: ad quē de iure talis exequtio ꝑtineret ſi & quatenus dicta ſnia fuerit cōformis cū laudo ſeu declarationi late / ſeu facti primo loco. Declarātes nolle per hoc ſtatutū in aliquo derogari aliquibus ſtatutis: quæ in caſibus appellationē / petitionē / reductionē ad arbitriū boni uiri uel alias reclamationes p̄dictas ab arbitris arbitratoribus uel amicabilibus perſonis ſeu cōmiſſariis uel coꝝ ſententiis laudis arbitramentis dictis declarationibus ſeu decisionibus prohiberent / quinimo ipſa in ſuo robore permanere uolumus.

De modo & forma ꝓcedēdi tā per Iudices q̄ per p̄tes in cauſis appellationū & nullitatū reclamationū & petitionū ad arbitriū boni uiri. rub. 9.

ITē ſtatuerunt ꝙ in oibus cauſis appellationū nullitatū petitionū grauatoꝝ petitionū reductionis ad arbitriū boni uiri: & reclamationū ꝓcedi poſſit abſqꝫ libello litis cōteſtatione iuramēto de calūnia & aliis ſolēnitatibus & ordinibus iudicioꝝ etiā ſubſtātialibus ſed solū corā Iudice cognituro facta p̄ntatione uel legitimatione ꝑſonaꝝ ubi opus eſt & det̄ terminus qnqꝫ uel octo dieꝝ: & maior uel minor arbitrio Iudicis ſemel tm̄ utriqꝫ parti ad iuſtificandū & ipugnandū & ꝓbādū tā per teſtes q̄ per inſtr̄a & per quēcūqꝫ aliū modū qui eis cōpeteret de iure & hn̄dū ꝓbatū: & elapſo dicto termino / det̄ terminus unicus arbitrio Iudicis: & ſemel tm̄ ad accipiēdū copiā de ꝓductis & ꝓbatis: ſi qua ꝓducta & ꝓbata ſunt: & opponendū & ꝓbandū & ꝓbatū hn̄dū cōtra ea utriqꝫ parti. Quo termino elapſo Iudex quāto citius poterit infra ſupradicta fatalia per ſniam debeat cām terminare. Hoc ēt addito pro expeditione & breuiatione litium ꝙ in oibus cauſis appellationū nullitatū petitionū reductionis ad arbitriū boni uiri & aliaꝝ reclamationū p̄dictaꝝ ꝓcedi poſſit ad requiſitionē & inſtātiā alterius partis tm̄ altera parte cōparēte uel nō. Cauſe aūt appellationū & nullitatū petitionū reductionis ad arbitriū boni uiri & aliaꝝ reclamationū quolibet tp̄e ēt feriato: dū tn̄ in honoīē dei & ſanctoꝝ itroductū nō fuerit / ēt diebus quadrageſimalibus ualeāt agitari.

Infra quantũ tẽpus arbitri & arbitratores lites terminare debeãt. rub. 10.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi in cõpromiſſis tam in arbitros ꝗ̃ in arbitratores tpe facti cõpromiſſi fuerit appoſitũ certũ tp̃s infra qd̃ qõ cõpromiſſa debeat terminari/ id ſeruet̃ qd̃ ĩter ptes ꝯuẽtũ & firmatũ fuerit. Si ãt nihil p ptes expreſſum eẽt de tpe quo debeat cõpromiſſum finiri: & cõpromiſſum fiat in aliquẽ uel in aliquos/ ut arbitros & arbitratores electos cũ arbitria ſint adinſtar iudicioꝝ redacta illa tpa dictis arbitris a die acceptationis facti cõpromiſſi numerãda uideant̃ & intelligant̃ ſtatuta quæ in iudicioꝝ inſtãtia ſunt ordinata. Sin autẽ cõpromiſſum fiat in aliquẽ uel in aliquos ut arbitros & arbitratores uel ut in arbitratores tm̃/ electi teneãt̃ & debeãt cãm de qua fuerit cõpromiſſum infra duoꝝ mẽſiũ ſpaciũ a die acceptationis facti cõpromiſſi numerãdoꝝ decidere & terminare/ ꝙ ſi dictus uel dicti ut arbitri & arbitratores uel ut arbitratores tm̃ electi infra tpa ſupradicta nõ terminauerint cãm in eis cõpromiſſam ipſi & quilibet ipſoꝝ pro uice qualibet incurrãt pœnã.xxv.lib.ꝝ. de facto exigẽdã & camere applicandã ſi quãtitas uel rei extimatio in cõpromiſſo deducta excedat quãtitatẽ centũ lib. Abinde uero infra uſq; ad quãtitẽ.xxv.lib. idũ ſiue incurrant pœnã decẽ lib. a quãtitate.xxv. lib. infra incurrãt pœna centũ ſol.ꝝ. de facto ut ſupra exigendã & camere applicãdã. Et nihilominus cõpromiſſum duret & incurrãt prædicti ſimiles pœnas de menſe in mẽſem ſucceſſiue cõmittendas & exigendas ut ſupra donec cauſa compromiſſa per eum uel eos fuerit terminata.

Quo tẽpore poſſit peti cõpromiſſum fieri. rub. 11.

STatutũ eſt ẽt ꝙ ſi aliquis litigãtiũ peteret cõpromiſſum fieri de lite & cã inter eos uertente ꝙ Iudex cõpellat dictas ptes ad petitionẽ alterius/ ad dictũ cõpromiſſum faciendum ſi hoc petitũ fuerit per alterã partiũ ante litis cõteſtationẽ. Poſt uero litẽ cõteſtatã cogi nõ poſſit alter litigantiũ ad inſtãriã alterius ad dictũ cõpromiſſum faciẽdũ: niſi litigãtes eſſent cõſanguinei propinqui uel affines quo caſu qñcũq; ante publicationẽ ꝓceſſus petat̃ cõpromiſſum per alterũ eoꝝ debeat alter cogi ad cõpromittendũ: imo Iudex ex officio ſuo nullo ipſoꝝ petẽte poſſit ipſos cogere ad cõpromittendũ qñcũq; ante dictã publicationẽ proceſſus. Et cũ ad inſtantiã alterius litigãtiũ alter cogit̃ ad cõpromittẽdũ ꝙ dictũ cõpromiſſum debeat fieri de iure & de facto in ꝓcedẽdo & ſentẽtiãdo de iure tm̃ niſi aliud procederet de partium uoluntate: quo caſu cõſenſus partium in idem tendentium ſeruari debeat per eum modum per quem compromittendum duxerint.

Quod ſuper alimentis ſummarie procedatur. rub. 12.

ITem ſtatuerunt ꝙ quæſtio ſeu cauſa alimentoꝝ ẽt ꝑteritoꝝ debeat ſũmarie & de plano ſine ſtrepitu & figura Iudicii terminari in & ea poſſit ꝓcedi quibuſcũq; diebus feriatis & nõ feriatis oĩ ſolẽnitate & iuris ordine ꝑtermiſſis ẽt ſine porreectione libelli.

Quod uictus uictori in expenſis debeat cõdẽnari. rub. 13.

STatuerũt ẽt ꝙ uictus uictori expẽſas legitimas reficiat in cã ciuili & criminali ẽt ſi p̃ſtitum fuerit calũnie ſcdm lege aliqua nõ obſtãte niſi iuxta cauſam litigãdi habuerit.

De quibus cauſis poſſit cognoſci tpe feriaꝝ neceſſitate hominũ. rub. 14.

HAc municipali lege ſtatutũ eſt ꝙ Poteſtas & alii iudices & officiales ciuitatis Piſauri & alii iudices teneant̃ & debeãt ius reddere oĩbus petẽtibus de mercationibus reꝝ mobiliũ & mercedibus pſonaꝝ nõ obſtãtibus feriis ſtatuto uel iure cõi introductis ob utilitatẽ hoĩum & ẽt tpe uindemiaꝝ & de oĩbus rebus ꝑtinẽtibus ad uindemias/ & etiã de merchatis & cõtractibus: quę fierẽt tpe feriarũ poſſint & debeãt cognoſcere & ſniam ꝓferre & exequtioni mãdare dicto tpe feriaꝝ ob neceſſitates hoĩum nõ obſtãte.

De feriis eſtatis & uindemiarum. rub. 15.

HAc municipali lege ſancitū eſt ꝙ ferie ꝑ eſtatē principiū ſemper habeāt in feſto ſancti Ioānis Baptiſte de mēſe Iunii & durēt cōtinuo uſqꝫ ad kals. Auguſti: & ferie uindemiaꝝ principiū ſemꝑ habeāt in kals Septē. & durēt ꝑ totū dictū mēſem & ante feſtū Natiuit. Dñi cuiuſlibet anni ſint .v. dies feriati. Ita ꝙ ius nō redat in eis.

De feriis propter conſilium. rub. 16.

STatutū eſt ēt ꝙ quociēſcūqꝫ cōſiliū aliquod ordinabit̃ ſiue cōhadunabit̃ illa dies intelligatur & ſit feriata & tali die ius reddi nō poſſit. Et nō itelligat̃ in cōſilus ſiendis pro ratione per maſſarium reddenda: nec ratione alicuius ſyndici/ uel pro condēnationibus faciendis uel pro inſinuandis donationibus uel emancipationibus.

Quo die & termino poſſit cōparere citatus. rub. 17.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis habitator ciuitatis Piſauri requiſitus fuerit per plazariū cōis ꝗ corā Poteſtate uel officialibus cōis Piſauri uel per lr̃as eorūdē debeat cōparere ſi citatus fuerit die ꝓcedēti: ut ſequēti die debeat cōparere/ tūc debet termino ſtatuto corā ipſo ſe p̄ñtare. Si uero eadē die fuerit requiſitus ante tertias/ ut eadē die debeat cōparere debeat eadē die hora iuris cōparere. Si uero hītauerit extra ciuitatē & in curte eiuſdē ciuitatis idē itelligat̃ qđ in habitatore ciuitatis. Si uero habitauerit extra dictā curtē & citatus fuerit ꝑſonalr̃ uel ad domū ſolite hītationis poſſit ſequēti die hora iuris cōparere. Et ſi ante dictū tp̄s ꝓceſſum fuerit cōtra eos ꝓceſſus ipſo iure ſit nullus.

De pœna contumacis & de modo & forma citationis/ & relationis. Et ꝙ ciues uel habitatores qui de ciuitate receſſerint poſſint citari domi eoꝝ habitationis & ꝙ heredes incerti domi defuncti citari poſſint: & de modo & forma citationum forenſium. rub. 18.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ ſemel citatus inuētus per plazariū uel bis domi citatus licet nō inuētus in termino ſibi aſſignato/ uenire debeat/ aduerſario reſponſurus/ & ſi nō uenerit/ ꝓnunciet̃ cōtra eū ad cōtumaciā & poſſit in cā de iure ꝓcedi. Si ab eo qui fecerit citari fuerit poſtulatum: uel ſi citatus qui nō uenerit in termino ſtatuto det duos ſol. actori & ſit in electione actoris. Et idē ſeruet̃ & intelligat̃ pro reo ſi actor nō uenerit in terminis ſupradictis. Et Iudex poſſit deinde in cā ꝓcedere ſcđm ꝙ ſibi de iure licuerit & fiat citatio p̄ñte uno teſte ultra ualorē .xx. ſol. Et citatio modo ꝑdicto facta debeat fieri uno teſte p̄ñte in re uel in ſūma excedēte .xx. ſol ꝝ. de noie/ cuius teſtis teneat̃ plazarius facere mētionē & nomē ipſius ſcribi facere per notariū: cui fecerit relationē cōmiſſionis ipſius/ pœna .xx. ſol. ꝝ. plazario/ & notario relationē aliter ſcribēti/ ꝙ ſi ꝑdicta ſeruata nō fuerit citatio ſit ipſo iure nulla. Addiciētes ꝙ quicūqꝫ ciuis habitator Piſauri uel eius comitatus ſe ad habitādū cū ſua familia ad aliū locū extra ciuitatē ꝑdictā & cōmitatū trāſtulerit poſſint domi citari in qua primo habitabat/ uigore: cuius citationis bis factæ de tali ad domū dicte eius ſolite habitationis ut ſupra/ poſſit ꝓcedi ad diffinitiuā ſniam cōtra eū. Ac ēt cōtra eū procedi poſſit tāq̄ cōtra cōtumacē ſcđm formā ſtatutoꝝ loquētiū de modo & forma ꝓcedēdi cōtra cōtumaces. Et ꝙ defuncto aliquo: nō extātibus heredibus certis/ poſſint heredes in genere citari domi: olim ſolite habitationis defuncti: cuius citationis uigore ſi bis facta fuerit poſſit procedi ad ſniam diffinitiuā & ad dationē inſolutū ſcđm formā ſtatutoꝝ loquētium de modo & forma ꝓcedendi cōtra cōtumaces. Si uero certi heredes defuncti fuerint/ tūc citari debeāt pſonaliter uel domi eoꝝ ſolite habitationis & nō domi defuncti ut in principio dictū eſt.

Forenſes uero qui de iure aliquo modo in ciuitate uel eius comitatu conueniri poſſent citari debeāt ſi fuerint pn̄tes pſonalr̄ ſi pſonalr̄ inueniri poterint. Si autē nō poterint pſonalr̄ haberi & ſeu fuerint abſentes: tunc citent̄ & ſeu citari poſſint & debeant per edictū publicū in ualuis palatii dn̄i Poteſtatis affigēdū per quēlibet iuratū nunciū cū inſertione libelli in dicto edicto & termini pfixione arbitrio iudicis moderādi infra quē cōparere debeat reſponſurus & in quo edicto fiat & fieri poſſit & debeat de dictis forenſibus citatio ad oēs & ſingulos actus oportune fiēdos uſq; ad ſentētiā incluſiue quę ſnia demū poſſit & debeat per ſimile edictū ut ſupra affigēdū notificari ac intimari.

De Proclamatione. rub. 19.

HAc municipali lege ſtatutū eſt ꝙ Poteſtas & eius Iudex & officiales quicunq; cōis Piſauri de cætero teneat̄ & debeat ante oēm interloqutoriā pnunciationem uel ſentētiā ad petitionē alicuius per eos uel aliquē eoꝝ faciendā in ciuilibus cauſis cōtra aliquē reū citatū proclamari facere publice & alta uoce in palatio ad bāchū per bānitorē uel plazariū cōis ꝙ quicunq; talē cōtumacē uult defendere termino per eū ſtatuēdo cōpareat citatione ſeu citationibus de tali reo factis nō obſtātibus. Et pronunciatio interloqutio: ſiue ſentētia aliter facta ſit ipſo iure nulla. Et ſi aliquis officialis fuerit qui locū certū nō habeat tpe ſnie ferēde per eum debeat eſſe & ſtare in palatio cōis & ibi publice proclamari facere prout de iudicibus ſupra dicit̄. Prædicta autē de proclamatione nō habeāt locū in cauſis nō aſcendentibus ad ſummā.xx. lib. & in cauſis merchationum uſq; ad quantitatē uigintiquinq; librarum incluſiue.

Quo modo procedatur contra citatum quando apparet publicum inſtrumentum uel præceptum contra ipſum. rub. 20.

AD cōmunem utilitatem ſtatutum eſt etiā ꝙ ſi aliquis fuerit debitor alicuius ex quacūq; cauſa unde apparuerit inſtr̄m publicum uel pceptum: & fuerit citatus ut ueniat oppoſiturus tali inſtr̄o uel pcepto debiti & infra terminum nō uenerit Iudex ad petitionē creditoꝝ teneat̄/ & debeat abſq; alia pclamatione & noua citatione pronunciare cōtra dictū debitorē pnūciatione ſcripta manu ipſius Iudicis pœna decē lib. & exequi dictum inſtrumentum uel præceptum in bonis debitoris/ pro menſura debiti petiti & cōtēti in inſtr̄o & pro expēſis iuſte taxādis ſm̄ extimationē fieri demū faciēdā/ per duos extimatores de buſſulo cōis extrahēdos ſm̄ formā ſtatuti de modo & forma pcedēdi cōtra cōtumaces: quibus exequtione/ taxatione/ extimatione factis habeat̄ ac ſi bona pdicta eſſent adiudicata ex ſecundo decreto. Ita taliter ꝙ nulla alia adiudicatio ſiue ſm̄ decretū requirat̄/ uel dictū debitorē poni facere in bāno pro debito petito data electione dicto creditori put ſibi placuerit/ una tn̄ uia electa poſſit ſemel ad aliā redire/ & nō plus. Et ſi debitor poſitus in bāno nō cōcordauerit ſe cū dicto creditore infra terminū bānimēti: ꝙ termino elapſo Iudex Poteſtatis & ſua curia teneat̄ & debeat ipſum ſic exbānitū capi facere & detineri pſonalr̄ ad uoluntarē creditoris/ ſi fuerit petitū per creditorē: de quo bāno extrahi nō poſſit/ niſi primo creditori fuerit legitime ſatiſfactū. Et nullū caſtrū ſeu uniuerſitas uel uilla debeat talē exbānitū pro debito modo aliquo acceptare poſtq̄ dicte uniuerſitati fuerit denūciatū lr̄is Poteſtatis uel ſue curie. Et ſi receptauerit poſt dictā denunciationē factā teneat̄ uniuerſitas ſoluere illud quod tenet̄ ſoluere debitor exbānitus: liceat tn̄ tali exbānito uel cōtra quē pronūciatū uel proceſſum fuerit modo pdicto/ poſt oia pdicta opponere oēs ſuas exceptiones legitimas

timas & ꝓbare infra octo dies ille de ciuitate. Et quindecim dies ille de comitatu/ niſi iuſto ipedimẽto ei cõtingente in dicto termino octo uel quindecim dieꝝ: de quo impedimẽto ꝓbari poſſit per iuramẽtũ/ quo caſu ſecũdã dilationẽ ſex dieꝝ hr̃e debeat perẽptorie ad ꝓbandũ/ & ꝓbatũ hñdum oẽs ſuas exceptiones & per omne genus ꝓbationis: ad quas exceptiones opponẽdas & probãdas admittat/ & audiatur nõ obſtantibus ꝑdictis pronunciatione uel bãno/ & aliis cõtra ipſum factis ut ſupra. Et ſi talis captus fuerit dato fideiuſſore de ſoluendo debitũ & expẽſas/ uel aſſignatione facta de ſuis bonis pro quãtitatibus ꝑdictis/ & fideiuſſore dato ꝙ eſſẽt libera & expedita tp̃e dationis inſolutũ debeat incõtinenti relaxari. Et ſi exceptiones ſuas probauerit remaneat abſolutus. Si uero infra dictũ terminũ nõ probauerit oppoſita per eundẽ: fideiuſſor datus ſũmarie cogat per Iudicẽ ad ſolutionẽ debiti & expenſaꝝ/ uel ipſe debitor cõpellat ad faciendũ inſtr̃m dationis inſolutũ de rebus aſſignatis ut ſupra/ ſi per eum aliqua bona aſſignata fuiſſent. Si uero citatus in primo termino cõparuerit. Et ſic cõtumax nõ fuerit ſi inſtr̃m publicũ uel ꝑceptum apparuerit cõtra eum ſupradicti termini/ & dilationes dentur ſibi eo modo & forma/ de quibus ſupradictũ eſt: facta prius per eũ aſſignationẽ bonoꝝ ſcdm formã ſtatuti poſita ſub Rubrica de aſſignatione bonoꝝ. Quibus elapſis ſi ſuas exceptiones nõ ꝓbauerit ut ſupra/ fiat cõtra eũ exequtio talis inſtr̃i ſiue ꝑcepti ut ſupra in cõtumacia dictũ eſt: data electione creditori ſlr̃ ut ſupra in ꝯtumacia dictũ eſt.

Quod renunciatio ſtatutoꝝ obſit renuncianti. rub. 21.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis cõtraxerit cũ aliquo & cõtrahente adinuicẽ renunciauerit alicui ſtatuto ciuitatis Piſauri talis renunciatio ualeat & teneat/ & Poteſtas & alii Iudices nõ poſſint cõtra ipſos cõtrahẽtes renunciantes ſtatuto in aliquo procedere: nec in aliquo cõdẽnare ex forma ſtatuti cui renunciatũ eſt. Si bãnũ uel pœna in ꝑdicto ſtatuto alicui imponeretẽ cõtrahentiũ. Et hoc ſtatutũ nõ uẽdicet ſibi locũ in ꝑceptis & inſtr̃is factis occaſione ludi in tabernis/ ſed in his potius ſeruetur illud ſtatutum de hoc ſpecifice ſcriptum/ & non uendicet ſibi locum hoc ſtatutum ubi prohibetur renunciatio a ſtatuto uel eſſet data certa forma renunciandi a ſtatuto cui renunciaretur.

De copia proceſſus danda contumaci deponenti expenſas. rub. 22.

STatutum eſt etiã ꝙ ſi lata fuerit aliqua interloqutoria cõtra aliquẽ ꝑꝑ contumaciã/ & reus cõtumax uenerit & uoluerit dicere proceſſum nullũ poſſit dicere depoſitis expenſis & detur ſibi copia totius proceſſus & ſniæ. Et ſi nulla fuerit reſtituant ſibi expenſe depoſite & reficiant ſibi expenſe quas fecerit in litigando/ & ſi aliqua fuerit talis ſnia teneatur cõtumax reficere expenſas actori legitimas ſecundũ iudicis taxationẽ: teneat tñ actor ꝑſiſtere ſuꝑ petitione ꝑ eũ ꝓducta in ꝓceſſu ꝯtumacie ſi reus uoluerit.

Quod inſtrumenta ſententię arbitria & arbitramenta habeant exequutionem paratam. rub. 23.

HAc municipali lege ſancitum eſt etiã ꝙ Poteſtas uel cæteri officiales cõmunis Piſauri teneantur & debeant exequi ad petitionẽ creditoꝝ publica inſtrumẽta ſententias arbitria: & arbitramenta ſeruato tamen ordine prout ſupra in ſtatuto qualiter proceditur quando apparet publicum inſtrumentum continetur.

De aſſignatione bonoꝝ & termino ſemeſtrali. rub. 24.

STatutum eſt ẽt ꝙ nullus ciuis comitatinus diſtrictualis uel forenſis poſſit detineri ꝑſonalr̃: ſi aſſignauerit creditori ſuo de bonis ſuis liberis & expeditis uſqꝫ ad ſuffi

ciētē quātitatē debiti ad qđ teneret & obligatus eſſet: qui debitor ut tale beneficiū cō ſequat teneat aſſignare oia ſua bona mobilia & imobilia dicto ſuo creditori excepta domo ꝓprie habitationis & maſſaritiis. Ex quibus bonis aſſignatis teneat creditor accipere inſolutum / quæ magis ſibi placebunt ſcđm ipſius creditoris electionē pro quātitate ſibi debita: quæ bona ſi nō ſufficerēt ad quātitatē ſibi debitā eo caſu poſſit & teneat accipere creditor pro reſſiduo de maſſaritiis dicti debitoris. Si uero talis debitor oia ſua bona nō aſſignauerit tali ſuo creditori. Infra terminū ſibi per Iudicē ad hoc ſtatuēdū & ꝓbatū fuerit per ipſum creditorē ipm debitorē hr̄e alia bona ſibi nō aſſignata perdat talis debitor beneficiū pn̄tis ſtatuti & teneat creditori ſuo ſoluere oino in pecunia numerata. Qui debitor tpe dicte cōſignationis teneat idonee ſatiſdare ꝙ bona: tunc per eū aſſignata ſint libera & expedita; ac ēt pro tpe exequtionis fiēde ac dationis inſolutū erunt libera & expedita. Itē ꝙ quilibet creditor qui nō uellet accipere inſolutū de bonis ipſius debitoris ut ſuperius dictū eſt teneat facere terminū debitori ſuo a die quo talis debitor aſſignauerit talia bona uſq; ad ſex mēſes: tūc ꝓxime ſecuturos / quo termino ſex menſiū durāte talē ſuū debitorē inquietare nō poſſit nec incurrat in aliquā uſuram uel intereſſe dicto ſuo creditori: dicto termino elapſo dictus debitor illico dicto ſuo creditori cōpellat ſoluere in pecunia numerata / ac in carceribus mancipet donec dicto ſuo creditori in dicta pecunia numerata ſatiſfecerit. Qui debitor poſt dictū terminū ſex mēſiū elapſum petere nō poſſit induţias quinquēnales a dicto ſuo creditore / ſiue aduerſus eum: poſſit tn̄ talis debitor bonis cedere eo caſu quo ſibi per ſtatutū loquēs deceſſione bonoꝝ ꝑmitteret. Addiciētes ꝙ creditor qui legitime citari fecerit ſuū debitorē ipſo debitore in cōtumacia exiſtēte ſi uoluerit dictū terminū ſex mēſiū dicto ſuo debitori facere a die quo cōtumaciā dicti ſui debitoris incuſauerit poſſit & ualeat talē terminū ſex mēſiū facere quo terio elapſo dictus debitor teneat & debeat ſoluere dicto ſuo creditori in pecunia numerata ut ſupra / teneat tn̄ dictus creditor tpe quo dixerit ſe uelle facere dictū terminū dictoꝝ ſex mēſiū dcō ſuo debitori cōtumaci ꝑſonalr uel bis domi notificari facere dicto ſuo debitori dictū terminū ꝑ publicū plazariū cōis Piſauri & in actis redigi: de qua notificatione teneat fidē facere poſtea tpe ꝑdicte exequtionis ꝑſonalis. Volentes & ſtatuētes ꝙ dictus debitor ſibi ut ſupra ꝑmittit dicto termino ſex menſiū facto a dicto ſuo creditore nō poſſit neq; debeat alienare: interim eius bona imobilia niſi de ꝑcio ipſaꝝ reꝝ per eū alienādaꝝ ſatiſfactū fuerit dicto ſuo creditori alias alienatio ifra terminū facta ſit ipſo iure nulla: quo ad ꝑiudiciū ipſius creditoris: qui terminū ꝑdictum fecerit. Itē ꝙ ꝑdicta de aſſignatione bonoꝝ nō habeat locū in aliquo debito merchationū uſq; ad quātitatē.xxv.lib. nec in aliquo debito cōtracto uel contrahendo occaſione alicuius datii uel gabellæ. Itē ꝙ ſupradicta de aſſignatione bonoꝝ intelligāt pro illis debitoribus qui nō hr̄erēt ad ſoluendū in pecunia & ſi dubitat de poſſibilitate remaneat declarationi & dicto iudicis qui de cauſa cognoſcit / aut illius uel illoꝝ cui uel quibus ꝑ dn̄m foret cōmiſſum. Itē ꝙ huic ſtatuto renunciari nō poſſit in aliquo cōtractu uel obligatione & ſi renūciaret talis renūciatio ſit nullius efficatie uel ualoris qua renūciatione nō obſtāte qlibet officialis cōis Piſauri ad inſtātiā debitoris uolētis de bonis ſuis aſſignare teneat hoc ſtatutū obſeruare: ſub pœna dupli q̄titatis de qua foret ꝯtractus. Itē hoc ſtatutū nō habeat locū in illis debitoribus: qui tenerent alicui uel aliquibus in quātitate.xx.lib. uel abinde infra: quā quātitatē debitores teneant ſoluere creditoribus ſuis in pecunia / ſiue dicti debitores fuerint cōtumaces ſiue citati in iudicio cōparuerint.

Item ꝙ

Itē ꝙ nullus creditor audiat̃ ſi peteret.xx.lib. uel abinde īfra a ſuo debitore uigore/alicuius īſtrī uel obligationis facte de maiori q̄titate: niſi primo & ante oīa fecerit finē/quietationē/ & pactū de ulterius nō petēdo de oī eo & toto qđ dictus creditor ſuo debitori uel a ſuo debitore poſſet/ tā in pecunia q̄ in re uſq; in diē petitionis facte uel fiēde de dicta q̄titate xx.lib. uel minori ut dictū eſt uigore maioris obligationis uel maioris quantitatis.

De ceſſione bonorum. rub. 25.

ITem ſtatuerunt ꝙ de cætero nulla pſona terrigena uel forēſis cuiuſcūq; cōditionis exiſtat exiſtēs in carceribus cōis Piſauri uel extra poſſit ſuis bonis cedere pro debito ſiue cōdēnatione dicti cōis aut occaſione alicuius datii uel alicuius debiti & rei originē uel depēdētiā trahētis ab aliquo datio. Si uero aliquis cedere uellet ſuis bonis pro debito alicuius priuate pſone uel ſingulariū perſonaꝝ/uel collegii/ uel uniuerſitatis qđ nō ſpectaret ad dictū cōe Piſauri & originē uel dependētiā nō traheret ab ullo datio dicti cōis ad dictā ceſſionē nō aliter admittat̃ niſi ipſe cedere uolēs prio ſteterit tribus mēſibus ꝯtinuis in carceribus dicti cōis q̄bus trāſactis ille talis cedere poſſit eius bonis ſolo uerbo/tribus uicibus diuerſis diebus & corā p̄tore ad bāchū iuris ſedēte pro tribunali ſonitu tubaꝝ & cāpanaꝝ dicti cōis illo tunc intercedēte. Et ꝙ his factis ille talis cedēs a dictis carceribus relaxet̃ & a debito cuius occaſione ceſſerit liberet̃ ſcđm formā iuris cōis.ſ.ut de cętero nō teneat̃ niſi quatenus facere poſſit deducto ne egeat. Si uero aliqua mulier in caſibus ſibi a iure cōi cōceſſis cedere uellet ſuis bonis poſſit cedere ſolo uerbo ad banchū iuris officialis corā quo cōuenta eſſet quæ ceſſio fiat una uice tm̄ abſq; aliquo ſono campane.

Quod Poteſtes & ſui officiales ad petitionem cuiuſlibet creditoris debitorem ſuſpectum & fugitiuum teneantur capi facere. rub. 26.

STatuerunt etiā ꝙ Poteſtas & alii Iudices cōis Piſauri teneant̃ capi facere ad petitionē cuiuſlibet creditoris eius debitorē ſi eū dibitorē ſuſpectū & fugitiuū iurauerit: quo caſu ad ipſum debitorē capiendū ſolū iuramētū creditoris ſufficiat. Si aūt in proceſſu apparuerit nō eſſe ſuſpectū condēnetur cōmuni Piſauri iurans in quinquaginta libris ꝗ. & parti ad dannum & intereſſe & iniuriam reſarciendum.

Quod nullus poſſit pſonaliter detineri occaſione cibi uel potus. rub. 27.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus poſſit pſonalr̃ detineri occaſione alicuius debiti tabernarioꝝ ſi eſt debitū cā cibi uel potus exhibiti in taberna uel ludo/ & taberna intelligat̃ ubi uinū uendit̃ ad menutū nō obſtāte ꝙ tabernarius uel alius noīe ipſius habuerit ex dicto debito inſtr̄m uel p̄ceptum cōtinens aliā cauſam dūmodo debitor paratus ſit iurare/ & iurauerit dictū debitū fuiſſe occaſione cibi uel potus exhibiti in taberna uel ludo. Et liceat p̄bentibus talibus cibum & potum res ipſorum retinere.

Quod forenſes uenientes de nouo ad habitandū in ciuitate Piſauri & eius territorio pſonalr̃ detineri nō poſſint ad inſtantiā nō habitātis. rub. 28.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ aliquis ciuis uel forēſis cōtinuus habitator ciuitatis uel comitatus Piſauri nō poſſit neq; debeat occaſione alicuius debiti per ipm̄ cōtractū uel p ipm̄ in futurū modo aliquo ꝯtrahēdi ex quacūq; rōne uel cā pſonalr̃ capi: & detineri ad iſtātiā alicuius nō habitātis cōtinue in ciuitate/uel comitatu uel eius qui noīe ipſius nō hītātis peteret/uel ab eo nō hītāte cām hr̃et/ nō obſtāte q̄ ēt in iſtr̄o obligatiōis renūciauerit fori priuilegio ſtatutis & bn̄ficiis terraꝝ aut legibus & cōſtitutionibus q̄buſcūq;. Et in caſibus p̄dcis & quolibet eoꝝ hītare itelligāt̃ illi tm̄ qui cū eoꝝ familiis uel maiori p̄te familiaꝝ ſuaꝝ ſtarēt in aliquo loco p̄dictoꝝ ſi familiā hērēt uel fuerit familia alicuius ſui aſcen

dentis uel deſcẽdẽtis uel collecteralis uſq; ad tertiũ gradũ: & ſi familiã nõ habuit alicubi & ſteterit in aliquo locoꝝ ꝑdictoꝝ ad faciendũ artẽ uel laboreriũ cõtinuũ ſimilr̃ nõ poſſit detineri uel ꝑſonalr̃ areſtari: ut ſupra. Et ꝑdicta locũ habeãt ẽt ſi ille talis nõ habitator iurauerit uel iurare paratus fuerit ꝙ ille talis habitator eſſet ſuſpectus & fugitiuus. In ciuibus aũt forẽſibuſq; habitãtibus cõtinue cũ eoꝝ familiis in ciuitate uel comitatu Piſauri ſeruet̃ & locũ habeãt, ꝙ habitãtes ut ſupra poſſint detineri & areſtari ꝑſonalr̃ ad inſtãtiã eoꝝ ſi tales iurauerint ipſum cõtra quẽ petierint eſſe ſuũ uerũ debitorẽ ex iuſta cã & eẽ ſuſpectũ & fugitiuũ & aliter nõ. Saluo tñ & reſeruato ꝙ tales forenſes qui cõi ſuæ ciuitatis unde receſſerint fuerint debitores ex cã collectaꝝ & gabellaꝝ aut alia quacũq; ex ciuili dũtaxat negocio ꝓcedẽtis detineri poſſit uel niſi cũ ciuitate unde receſſerit hr̃etur per Illuſ. dñm Piſauri aliqua ꝯuẽtio ſup his uel niſi dicto dño Illuſ. uideret̃ talẽ forenſem ꝑſonaliter detinẽdum. Quibus caſibus quãtũ ad hoc nõ patrocinet̃ hoc ſtatutũ. Adiiciẽtes ꝙ creditoribus taliũ forẽſiũ miniſtret̃ plena iuſticia in exequtione bonoꝝ ſi qua bona tales habere ꝯtigerit ĩ ciuitate uł comitatu Piſauri: ſeruata tñ iuris forma.

De debitore forenſe ꝑſonaliter capiendo licentia iudicis. rub. 29.

STatutum eſt etiã ꝙ ſi aliquis forenſis fuerit debitor alicuius ciuis habitatoris cõtinui uel diſtrictualis Piſauri abſq; citatione aliqua ꝑſonalr̃ capi poſſit & debeat ad petitionẽ creditoris petita licẽtia & obtenta a Iudice ſiue a iudicibus cõis Piſauri: quã licẽtiã iudex petẽtibus cõcedere teneat̃ ſub uinculo ꝓſtiti iuramẽti: nõ excuſſo ſi debitor ſit uel nõ, ſed ſolũmodo credat̃ uerbo petentis licẽtiã ſupradictã ſcͣo uallato. Et forenſis intelligat̃ qui nõ ſit continuus habitator ciuitatis & diſtrictus Piſauri. Et ſi talis captus & detẽtus in ꝓceſſu nõ apparuerit debitor eius qui ipm̃ capi fecerit iudex teneat̃ & debeat tali detẽto ſũmarie & de plano ſine aliqua ſcriptura uel petitione expenſas per eum taſſandas refici facere per illũ qui capi fecerit detẽtũ, nulla exceptione obſtãte. Et nihilominus cõdẽnet̃ cõi .x. ſol. ꝑ. pro libra eius in quo dicebat illũ ſibi obligatũ. Et idẽ ſeruet̃ in forẽſe ꝑdicto detẽto negãte debitũ ut cõdẽnari debeat cõi in .x. ſol. pro lib. ſi in ꝓceſſu debitor apparuerit uel de mẽdatio cõuictus fuerit: & habeat locũ etiã ſi rõne cõtractus delicti uel quaſi uel aliqua quacũq; cã forenſis uel alius nõ eſſet iuriſditionis cõis Piſauri.

Quod nulla mulier detineri poſſit. rub. 30.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla mulier poſſit ꝑſonalr̃ detineri occaſione alicuius debiti ciuilis & huic ſtatuto renunciari nõ poſſit & ſi renunciatũ fuerit renũciatio ſit nulla etiã ſi fuerit uinculo ſacramẽti uallata. Et hoc in mulieribus honeſtis. Mulieres autẽ uitam inhoneſtam ducentes uel meretrices poſſint capi & carcerari eo caſu quo maſculi capi & carcerari poſſint de iure ſtatutario uel ciuili.

Quẽ terminum facere poteſt Iudex debitoribus cõfitentibus. rub. 31.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ Poteſtas & alii rectores & officiales ciuitatis Piſauri iuriſdi tionẽ hñtes teneant̃ cõfitẽtibus debitum nõ oppoſita aliqua exceptione ꝓcipere ſolui debitũ .xx. ſol. ꝑ. ſuo creditori uel creditoribus ad .xv. dies certa pœna iponẽda maius uero debitũ ad unũ mẽſem & ſcribat̃ in ꝓcepto cã qua debitor tenet̃ creditori: & fiat in ipſo ꝓcepto mẽtio de inſtr̃o debiti ſi inſtr̃m aliqd̃ factũ eſt de ipſo. Et miles Prãtis poſſit facere ꝓceptũ de debitis cõfeſſatis in merchato quolibet & ipſa ꝓcepta ualeãt & teneãt & habeãt dicti Iudices & officiales arbitriũ moderãdi tp̃s ſolutionis debitoꝝ uſq; ad .xx. ſol. ꝑ. nec poſſit in dubio reuocari ꝙ ille qui ꝓcepit nõ fuerit officialis nec auctoritatẽ ꝓcipiẽdi hũerit, ſi tabellio ſcripſerit talẽ officialẽ fuiſſe uel auctoritatẽ talẽ ꝓcipiẽdi habuiſſet

cuius

cuius ſcripture ſtetur & credat ad plenũ/ p̃dicta tñ nõ uendicẽt ſibi locũ in merchãtiis
& in debitis cõfeſſatis ex cauſa merchationũ. Sed iudices & alii officiales habeãt arbi-
trium moderãdi & ſtatuendi tp̃s & terminũ ad ſoluendũ ꝓut eis uidebitur cõuenire.

Quo termino ſolui debeat debitũ cõuẽtũ iter pres de re mobili & imobili. ru. 32.

ITẽ ſtatuerunt ꝙ quicũq; in ciuitate uel comitatu Piſauri cõtractũ ſeu merchatũ
fecerit de aliqua re mobili ſeu imobili ſi dictũ fuerit iter partes de termino & cõ
ditionibus & modo ſeruet qđ dictũ eſt. Sin aũt dictũ nõ fuerit inter partes in re mo-
bili incõtinẽti cogat ad p̃cii ſolutionẽ. Super re autẽ imobili ſi dictum nõ fuerit & pre-
cium fuerit uſq; ad.xx.ſol. incõtinenti cogatur ad ſoluendum ſecundũ arbitrium iudicis.
Sin autẽ de maiori precio fuerit quæſtio menſis terminus ſtatuatur.

De inſtr̃is fiẽdis de debitis ſolutis a crediroribus ad petitionẽ debitoris. ru. 33.

STatutũ eſt etiã ꝙ oẽs & ſinguli de ciuitate Piſauri & eius diſtrictu qui habuerint
uel hẽrẽt aliquid recipere ab aliquo alio de ciuitate uel diſtrictu Piſauri & q̃titatẽ
uel quãtitates ipſas reciperint teneant & debeãt dictis ſoluẽtibus & eoꝝ heredibus cõ-
feſſionẽ & quietationẽ de quãtitatibus p̄ceptis ſibi facere ad ſenſum ſapiẽtis eoꝝ/ ẽt ſi
neceſſe fuerit cũ iuramẽto p̃dicta facere/ oſtẽſo quã quãtitatẽ receperit creditor qui talẽ
pecuniã credidit/ ꝙ ſi recuſauerit creditor facere in decẽ lib. ꝶ. pro qualibet uice cõdẽ-
net. Et nihilominus dictus creditor a Ptãte & iudicibus dictã cõfeſſionẽ ſecũdum ius
ad ſenſum ſapiẽtis facere cõpellatur ex officio iudicis cognitione ſummaria & ſine ſcri-
ptura: realiter & perſonaliter ad uoluntatẽ dicti debitoris ſoluẽtis uel ſucceſſoꝝ ipſius.

Quod inſtrumenta reddantur debitoribus facta ſolutione. rub. 34.

ITem ſtatuerunt ꝙ oẽs creditores de debitis ſolutis teneant reſtituere cautiones de
bitoribus debitoꝝ ſolutoꝝ qđ ſi facere noluerint uel nõ potuerint faciãt ſuis debi
toribus cartã renunciationis finis & quietationis/ debitoꝝ expenſis/ & ſi nõ fecerint ſol
uant nomine bãni cõmuni uiginti ſol. ꝶ. Et nihilominus facere teneantur.

De debitore qui petierit debitũ ſibi ſolutũ in totũ uel in partẽ. rub: 35.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis creditor petierit debitũ ſibi ſolutũ in totũ uel in
parte/ & cõſtiterit in aliqua parte litis teſtibus uel alio modo de calũnia plus pe-
tentis/ remaneat debitor a toto qđ petit abſolutus. Et nihilominus ꝯdẽnet in ducẽtũ ſol.
ꝶ. applicãdis cõi pro dimidia & pro alia dimidia cõuento: & idẽ itelligat in debitore
infitiãte debitũ uel rẽ aliquã ab eo petitã corã iudice. ſ. ꝙ cõdẽnet in ducẽtũ ſol. ut ſu
pra pro medietate dicte pœnæ applicãda creditori/ & alia dimidia cõi & expẽſas refi-
ciat. Quod ſtatutũ nõ uendicet ſibi locũ in heredibus & ſucceſſoribus creditoꝝ ſi fue-
rint bone & integre fame heredes & ſucceſſores p̃dicti: nec liceat tali neganti pœnite
re poſtq̃ aduerſa pars fuerit grauata in onere probandi propter talem negationem.

De nõ accipiendo tenutam de bonis obligatis auctoritate propria. Et in uen-
ditione non uendicet ſibi locum. rub. 36.

STatutũ eſt ẽt ꝙ nullus deinceps quãtũcũq; in inſtr̃o p̃ſonalis obligationis uel ypo
thecarie habeat cõceſſam licẽtiã ingrediẽdi uel aprehẽdi poſſeſſionẽ bonoꝝ alicu
ius/ occaſione obligationis ſiue cuiuſcũq; cõtractus/ poſſit uel audeat/ dictoꝝ bonoꝝ au
ctoritate ꝓpria poſſeſſionẽ igredi uel itrare: niſi hoc fecerit cũ licẽtia Ptãtis ſeu alioꝝ
iudicũ. Qui Ptãs uel Iudex debeat citari facere poſſeſſorẽ anteq̃ licẽtiã cõcedat & qui
cõtrafecerit in.xxv. lib. cõi p̃dicto ꝯdẽnet. & nullã poſſeſſionẽ amittat qui p̃mo poſſi
debat. Et ꝙ p̃dicta nõ uẽdicẽt ſibi locũ in emẽtibus & pmutãtibus & accipiẽtibus ita in

dotē/uel inſolutū. Qui libere poſſint intrare in tenutā rerꝫ emptarꝫ & permutatarum per eoſdem emptores nel permutantes: & rerum ſibi datarum in dotem & inſolutum pro ſe uel filiis eorum ſine iudicis auctoritate & metu pœnæ.

De creditore qui intrauerit poſſeſſionem ſiue inſolutū acceperit rem cōmunem debitoris uel alterius. rub. 37.

ITem ſtatuerūt ꝙ ſi duo nel plures aliquā rē pro indiuiſo poſſiderēt uel poſſederūt & aliqua pſona pro debito cōſotii intraret tenutā pro debito in quo cōſotius nō eēt obligatus & ipſam rē in ſolutū receperit ꝙ talis creditor nullū ius acquirat quo ad dñium: nec quo ad poſſeſſionē in parte cōſotii qui nō eſſet obligatus pro debito: nec pſcribat nec uſucapiat: ac ſi ipſam rem in tenutam nō haberet/nec etiā inſolutum.

Quod rectores dent inſolutum de bonis cōmittentis maleficium ei qui inſolidum ſe obligauerit cum eo. rub. 38.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ ſi duo pmitterēt inſolidū alicui de aliqua re uel pecunia ſoluenda & aliquis ipſorꝫ pmittētiū fecerit aliqđ maleficiū pro quo eius bona debeāt publicari uel deſtrui. Et ille alius qui cū eo pmiſerit iſolidū ſoluerit uel teneret̄ ſoluere creditori Ptās & alii Iudices teneant̄ dare ſeu facere dari iſolutū tot de bonis maleficiū cōmittētis ei qui ſe cū eo inſolidū obligauerit: q̄ ualeāt quātitatē quā ſoluit pro eo qui cōmiſerit maleficiū uel ſoluere teneret̄ qñcūq; petitū fuerit ſiue ante publicationē proceſſus & deuaſtationē ſiue poſtea dūmodo ipſe petēs probauerit obligationem factam fuiſſe pro illo qui maleficium cōmiſerit. Quod intelligatur probatum etiā per inſtrumentū indēnitatis factum ſibi a maleficiū cōmittente.

De eo qui ſoluerit cōdēnationem pro aliquo. rub. 39.

STatuerunt ēt ꝙ ſi aliquis ſoluerit aliquā cōdēnationē pro aliquo ꝯdēnato qui nō hēt aliqđ recipere a cōi ꝙ Ptās & eius iudices ad petitionē ſoluētis teneat̄ dictū cōdēnatū cogere in pſona & rebus ad uoluntatē ſoluētis ad ſolutionē faciendā pdicto ſoluēti de oi eo qđ ſoluit p dcō ꝯdēnato: & intelligat̄ ſi ſoluēs ꝯdēnationē coactus fuerit per Ptātē uel eius officiales: nō aūt ſi ſpōte ſoluerit: & in dubio pſūmat̄ coactus ſoluiſſe.

De bonis principalibus conſignandis fideiuſſori ſoluenti pro eo anteq̄ bona publicentur & incorporarentur cōmuni. rub. 40.

ITē ſtatuerunt ꝙ ubicūq; aliquis fuerit fideiuſſor cōi/pro aliquo: & pro eo cōi ſoluerit/ꝙ officiales teneant̄ de bonis illius pro quo fideiuſſio facta eſt dare tot inſolutū fideiuſſori: qui pro eo fideiuſſit & ſoluit ꝙ bene ualeat q̄titatē quā fideiuſſor pro eo ſoluit anteq̄ Ptās publicet bona illius pro quo fideiuſſio facta fuerit cōi. Et hoc fideiuſſore cōparēte ad petēdū ſibi ſatiſfieri ante dictā publicationē bonorꝫ. Si uero poſt publicationē iā factā cōparuerit: tunc etiā tot de dictis bonis publicatis incorporatis in cōi teneantur & debeant dare inſolutū fideiuſſori pdicto quo ad quātitatē ſibi debitā & eidem teneatur facere in reſtituendis dotibus uxorum condēnatorum & in illis: qui deberent legitime recipere ab ipſis condemnatis.

De fideiuſſoribus nō cogendis pro cōmuni donec de bonis principalis reperiret̄ niſi per eum fuerit renunciatum huic ſtatuto. rub. 41.

ITem ſtatuerunt ꝙ Poteſtas & Iudices nō debeāt cogere fideiuſſores licet ſe obligauerint ad ſoluendū aliquā cōdēnationē cōi donec de bonis principalium reperiuntur niſi inter ipſos fideiuſſores renunciatū fuerit huic ſtatuto. Si uero de bonis principaliū nō reperiret̄ uel huic ſtatuto renunciatū eſſet fideiuſſores cōdēnationē cōmuni

ſoluant & ꝑdicti iudices teneantur ipſos cōdēnatos cogere in ꝑſonā ad hoc ut ſatiſfaciant eoꝝ fideiuſſoribus ad uoluntatē ipſorum fideiuſſoꝝ: ꝙ ſi Poteſtas uel alius iudex cōmunis Piſauri cōtrafecerit in ꝑdictis pro uice qualibet in decem libris ſꝫ cōi cōdemnetur & nihilominus de ſuo debeant conſeruare fideiuſſores indēnes.

De debito infra quinquennium nō petito. rub. 42.

STatuerunt etiā ꝙ ſi creditor ſteterit per quinquēniū cōtinuū ꝙ nō petierit pecuniā ſibi debitā a ſuo debitore: & debitor uel heredes eius ſeu tutores uel curatores eoꝝ heredū iurare uoluerint ſuo creditori pecuniā petitā ſoluiſſe: tunc debitor uel eius heredes ſint abſoluti a petitione creditoris & dicto caſu uera ſolutio interueniſſe ꝑſumat̃ & ualeat hoc ſtatutū inter ciues comitatinos & habitatores in ciuitate & comitatu Piſauri: & habeat locū hoc ſtatutū in pecunia/ blaua/ uino/ & oleo tātū. Saluo tñ beneficio ſiue priuilegio minoris ætatis in qua nō currat ꝑdictū quinquēniū. In aliis uero currat ſine reſtitutione ſeu remedio alicuius iuris niſi ex capite iuſte & probabilis ignorantie & ſimiliter nō habeat locū in rebus datis in dote uel pro dote uel augumēto dotis uel contra dotem/ aut ex eis cauſis/ nec in relictis factis in ultimis uoluntatibus. Et intelligat̃ debitum petitū ſi creditor per ſe uel ſuū procuratorē denunciauit ſuo debitori & de hoc per legitimas probationes conſtiterit: & huic ſtatuto renunciari non poſſit. Et ſi renunciatum fuerit ꝙ renunciatio non teneat. Et habeat locum hoc ſtatutum tam in forenſi ꝙ̃ non forenſi.

Si creditor uſurarius ſteterit per biennium continuum ꝙ nō petierit debitum a iure ſuo cadat. rub. 43.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi creditor uſurarius ſteterit per cōtinuū bieniū ꝙ nō petierit pecuniā ſibi debitā a ſuo debitore uel eū nō admonuerit ſeu requiſiuerit ſuper ſolutione fienda de qua admonitione ſeu requiſitione facta apparere debeat per publicum inſtrm̄ uel p teſtes idoneos ꝙ debitor dicto biēnio elapſo remaneat ipſo iure a tali debito abſolutus & auctoritate p̄ntis ſtatuti ſolutū ꝑſumat̃ dicto creditori ꝑſumptione iuris & de iure & huic ſtatuto renūciari nō poſſit etiā ſi talis renūciatio fuerit iuramēto uallata. Quo caſu dolo & fraude inductus per aduerſariū ꝑſumatur talis renuncians. Creditores aūt uſurarii intelligant̃ quo ad ꝑdicta cōtra quos probatū fuerit per duos teſtes bone opinionis eē uſurarios. Et ſi aliquis mutuauerit cōmuni ad uſuras pro ipſo debito nō habeatur ut uſurarius quo ad prædicta.

De ſorte tantum petenda & non de uſura. rub. 44.

STatutū eſt etiā ꝙ ſi aliquis petierit aliquod debitū corā quocūq; iudice quod fuerit uſurariū poſſit tantūmodo ſortem exigere: & qui ſoluere debuerit nō cogatur ſoluere ultra ſortē: & ꝙ nullus hebreus fenerator poſſit accipere pro uſura alicuius rei uel pecunie mutuate ultra illud: quod ſibi ꝑmittit̃ ex forma cōſtitutionū ꝓuincie ſeu capſoꝝ eidē cōceſſoꝝ: p Illuſ. dñm ſub pœna cētū lib. applicāda cōi Piſauri. Itē ꝙ nullus hebreus fenerator audeat de cętero uēdere aliqua pignora pignorata/ ſeu pignorāda ante elapſū annū & mēſem a die pignorationis facte & tūc dicto tp̄e elapſo/ nō liceat niſi prius uocato debitore pſonalr̄ uel ad domū/ ſi uoluerit adeſſe & in p̄ntia duoꝝ ciuiū ciuitatis huius: & ꝙ p̄ciū reddactū ex dicta re pignorata uēdita: ſi reperiat̃ excedere ſummā debitā ipſi hebreo teneat̃ ipſe hebreus reſtituere & dare illud plus dicto debitori ſub iā dicta pœna niſi aliter per dicta capitula fuerit ut ſupra ſibi conceſſum.

Quod feneratores res domini eis ſubſtractas reſtituere teneantur. Et ꝙ eis ſicut cæteria obſtet præſcriptio quinquennalis. rub. 45.

ITem ꝙ ſi Iudei uel alii cuiuſcūq; cōditionis exiſtant res alienas ſine dñoꝝ licentia ſibi furto ablatas uel quoquomodo ſubtractas pignori acciperēt teneāt & debeāt ſuper talibus quocūq; caſu litis & quæſtionis emergente repetentibus reſpondere/ac reſtitutionē ipſaꝝ reꝝ facere ſecundū iuris diſpoſitionē nō obſtātibus quibuſcūq; priuilegiis ipſis iudeis aut quibuſcūq; aliis ꝑſonis cōceſſis uel in futurū cōcedendis & ꝙ iudei uel alii feneratores priuilegiū habētes ne poſſint eis obici uel opponi ſtatutum ſupradictum de debito infra quinquenniū nō petito. De cætero nō poſſint tali priuilegio uti & omnia dicta priuilegia eis cōceſſa uel in futurū cōcedenda quantū ad hoc ſint caſſa & irrita & nullius ualoris & efficatie auctoritate præſentis ſtatuti.

De actione nō exprimenda uel proponenda. rub. 46.

ITem ſtatuerūt ꝙ nullus cogatur actionē proponere: ſed cām quare edere teneat.

Quod teſtes nō examinent ſine interrogatoriis partis aduerſe. rub. 47.

STatuerunt etiā ꝙ teſtes producendi in qualibet cā nō debeāt examinari ſine interrogatoriis partis aduerſe ſi aperte fuerit petitū corrigēdis per Iudicē uel per iuris aliquē cōſultū: cui Iudex cōmittere uoluerit extra numerū ſuſpectoꝝ dato termino per Iudicem ad faciēdum interrogatoria prædicta elapſo uero termino examinari poſſint ſine interrogatoriis ab aduerſa parte dādis. Et ſi examinati fuerint ſine interrogatoriis productis in termino examinatio ſit ipſo iure nulla: & eo caſu examinatores teneantur ad intereſſe parti læſæ.

Quod examinatio teſtium debeat fieri per notarios eligēdos. rub. 48.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ Poteſtas uel aliquis notarius ipſius Poteſtatis uel aliquis alius officialis ſeu rector ciuitatis Piſauri nō poſſit nec debeat examinare aliquos teſtes in cauſis ciuilibus uel de ipſa examinatione rogatū eſſe pœna & bāno centum ſol. ꝺ. cuilibet & pro qualibet uice: qua per eos cōtrafactū fuerit iponenda: ſed duo notarii a partibus eligant pro dicta examinatione fienda de teſtibus in cauſa productis: quoꝝ unus de dictis & atteſtationibus ipſoꝝ teſtiū ſit rogatus: alter uero examinator. Et hoc locū habeat ubi quantitas litis ſuper qua recipient teſtes excederet ſummā uiginti lib.

De Procuratore nō admittēdo in iudicio niſi primo mādato cōpleto & producto & dimiſſo penes notarium cauſe uel actorum. rub. 49.

STatutū eſt ēt ꝙ quicūq; ꝓcurator/tutor/curator/actor/uel ſyndicus uoluerit procuratorio tutorio/curatorio/actorio/uel ſyndicario noīe in Iudicio cōparere corā quocūq; iudice uel officiali cōis Piſauri pro parte actoris uel rei debeat corā Iudice & notario qōnis uel ſocio ad bancū inſtrm eius mandati per cōpletū exhibere & ipſum ipſi notario dimittere uſq; ad finē litis/ſi ipſum inſtrm non regiſtrauerit in libro uel ſi de ipſo idem notarius quæſtionis uel ſocius non fuerit rogatus & ipſum inſtrumentum ut præſcribitur exhibere teneatur/etiam ſi nō fuerit ab aduerſa parte petitum.

De Procuratore & ſuis heredibus cogendis reſtituere id quod ad eius manus peruenerit. rub. 50.

ORdinatum eſt etiā ꝙ ſi Procurator ad negocia alicuius ſeu aliqua alia ꝑſona noīe alterius receperit aliquid: & hoc cōfeſſus fuerit per publicū inſtrm aut coram teſtibus & id qđ cōfeſſus fuit uel fuerit recepiſſe nō ſatiſfecerit aut ſatiſfacere recuſauerit

cuſauerit teneaẽ Poteſtas & eius Iudices cõpellere ipm & ſuos heredes incõtinẽti oĩ exceptione remota eidẽ/cuius noie receptũ fuerit uel fuit uel ſuis heredibus iregre ſatiſſacere nulla pſcriptione obſtate niſi de ſolutione facta uel falſo inſtro uel cõtra teſtes probare uoluerit. Et hoc habeat locũ in pteritis pẽdentibus & futuris/& nõ habeat locũ in pcuratore/actore curatore ad cauſas uel ſyndico agẽti noie alicuius quãtũcunq; habeat ſpeale mãdatũ ad recipiendũ & finiendũ/ſed debeat ſolui pecunia uel alia res debita uni merchatori uel alii perſone idoneę/ſi principalis pſona tpe ſolutionis & traditionis haberi nõ poſſit: & ille cui talis ſolutio noie principalis facta fuerit id quod ſuo nomine receperit reſtituere teneatur habito fine & quietatione. Et qui cõtra pſens ſtatutum fecerit condẽnetur in decẽ libris ſine remedio compenſationis: & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De Aduocatis nõ dẽribus itereſſe tpe reſpõſionũ fiẽdaꝶ poſitionibus. ru. 51.

ITem ſtatuerunt ꝙ aduocati & procuratores nõ debeãt intereſſe tpe reſpõſionũ & ſi aliquis aduocatus uel procurator cõtrafecerit & reſponſum dederit poſitionibus uel docuerit cliẽtulũ/reſpõdere/ſoluat pro bãno quinq; lib. ꝑ. Et Iudex teneaẽ & faciat legi poſitiones aduocato ptis debẽtis reſpõdere ut uideaẽ utrũ ſint admittẽde uel nõ.

De Aduocatis dandis petentibus. rub. 52.

HAc municipali lege ſtatutũ eſt ꝙ Iudex teneaẽ dare aduocatũ petẽtibus & cogere eum qui petitus fuerit per partẽ ad pſtandũ ſibi aduocationẽ recepta cõpetenti mercede: niſi dederit parti aduerſe cõſiliũ ſuũ ſiue pmiſerit pſtare/ſuper quaſtione in qua petitur patrociniũ/uel diffidat de iure illius/qui petit/cũ uiſis primo iuribus ſuis/de quibus credatur ſacramẽto aduocati/& nõ contra patrẽ/matrẽ/fratrẽ/ſororem/& filium/uxorem/ſocerum/& ſoceram/generum/& nurum: & nõ ualeat proceſſus contra eum factus/donec aduocatum nõ habuerit cum effectu.

De Aduocatis cogẽdis cliẽtulis patrociniũ pſtare & aduocationẽ ſuſcipere. ru. 53.

ITem ad hoc ut in cauſa qualibet quilibet/qui uoluerit poſſit aduocatũ hr̃e/ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ ſi aliquis potẽtia/amicitia/ſeu fauore aduerſarii ſui aduocatum inuenire nõ poterit/ꝙ iudex eũdẽ quẽ petierit aduocatũ dare/ſcři uinculo teneaẽ & ipm cõpellere cũ effectu ipſius aduocationẽ ſuſcipere/ niſi ille qui eum petierit malã cauſam foueret. Et quicũq; petierit aduocatũ/ quouſq; quo nõ habuerit eũ cũ effectu nõ poſſit pcedi contra eum in aliquo/ & ſi aliquis factus fuerit proceſſus ſit ipſo iure nullus. Et idẽ intelligatur in eo/cuius aduocatus uel procurator eſſet in ſeruitio cõis/ſi aperte fuerit allegatum. Et ꝙ fiat diſtributio aduocatorum/ſi aliqua pars meliores aduocatos adduxerit & aduocatus qui aduocationem recuſauerit teneatur iurare ꝙ malam cauſam habet clientulus petens aduocatum.

De Aduocatis nõ cogẽdis cõſiliũ dare ſuper aliquo maleficio. rub. 54.

STatutum eſt etiã ꝙ nullus aduocatus cõmunis Piſauri ſuper aliquo maleficio/pro quo aliquis detentus deberet perſonaliter cõdẽnari per Poteſtatem uel iudices/ ſeu Vicarios ſuper prædictis conſulere compellatur.

De non paciſcendo de parte litis. rub. 55.

AD cõmunẽ utilitatẽ ſtatutũ eſt ꝙ nullus Aduocatus arbiter uel arbitrator/ſeu amicabilis cõpoſitor/pcurator/ſeu ſyndicus/& quouis alio noie cenſeaẽ de extero debeat de parte litis paciſci uel de ipſius quota/ubi ſit qõ uel ſpereẽ: aut ab aliquo

alio acquirere per ſe uel per aliã perſonã ſubmittendã pœna & bãno.xxv.lib.ꝝ.& ois cõtractus qui fieret ſuper his nullius ualoris exiſtat. Et ꝙ de ꝓdictis Poteſtas & ſui Iudices teneanť inquirere ad petitionẽ cuiuſlibet. Et ꝙ oẽs ſupradicti qui reperirenť ſuũ officiũ male exercere teneanť parti læſæ/& nihilominus arbitrio Iudicis puniantur.

Quod pupillus uel adultus nõ habear tutorem uel curatorẽ qui nõ ſit cõtinuus habitator ciuitatis uel comitatus Piſauri. rub. 56.

STatutum eſt ẽt ꝙ nullus Pupillus uel pupilla adultus uel adulta poſſit habere tutorẽ legitimũ uel etiã curatorẽ qui nõ ſit ciuis/uel cõtinuus habitator ciuitatis uel diſtrictus Piſauri. Et ſi aliũ habuerit uetitũ & cõtra formã ꝓſentis ſtatuti/geſta per eũ ſint ipſo iure nulla. Et nihilominus qui petierit talẽ tutorẽ uel curatorẽ dari cõdẽneť cõmuni in decem lib.ꝝ. Et cuilibet competat accuſatio: & habeat medietatem banni. Prædicta tamen nõ uendicent ſibi locum in tutore teſtamentario. Sed poſſit teſtator pro libito uoluntatis/quem uoluerit tutorem relinquere.

De inuentariis confitiendis per tutores & curatores minorum & furioſorum & de ipſis regiſtrandis. rub. 57.

ITem ſtatuerunt ꝙ tutores pupilloꝝ & curatores adultorũ & furioſoꝝ teneanť facere inuentariũ de bonis eoꝝ & ipſum factũ infra octo dies regiſtrari facere per notariũ ſuper regiſtro deputatũ/ſub pœna quinquaginta lib.ꝝ. ipſis tutoribus uel curatoribus contrafacientibus auferenda & cõmuni applicanda/ & dicta inuentaria reneantur facere/etiã ſi per teſtatorem fuiſſent liberati.

De ratione reddẽda officialibus cõis per tutores & curatores. rub. 58.

HAe municipali lege ſancitum eſt etiã/ꝙ oẽs & ſinguli tutores & curatores minoꝝ cuiuſcũqꝫ modi exiſtant teneãtur & debeãt ſingulis annis eoꝝ adminiſtrationis reddere rõnẽ/de geſtis per eos circha bona pupilloꝝ adultoꝝ prodigoꝝ furioſorum/etiã ſi abſoluti fuerint a teſtatore uel ab alio a rõne reddenda officialibus cõis: qui ſint & eſſe debeãt tres bone cõditionis uitæ famæ/& qui bene gerãt negocia. Qui eligantur ſingulis annis de menſe Ianuarii per Illuſtriſ. Dñm uel per alium cui cõmiſſum erit: ſeu per cõſiliũ ciuitatis. Sallariũ aũt dictoꝝ officialiũ cõſtitui debeat per dñm Poteſtatẽ ſecundũ laborẽ ipſoꝝ/expenſis ꝓdictoꝝ pupilloꝝ adultoꝝ & alioꝝ ſupradictorum: & inter eos adultos pupillos & alios ſupradictos diuidi per librã eorum extimi. Qui officiales eodẽ menſe quo electi fuerunt bãniri facere debeãt per ciuitatẽ & procurare ꝙ in comitatu ſcribať per dñm Poteſtatẽ ꝙ oẽs tutores & curatores ꝓdicti infra eundẽ menſem ſe debeãt corã dictis officialibus ꝓſentare cũ oĩbus rõnibus tutelæ: ſeu curæ adminiſtrate per ipſos/& dictis officialibus rõnẽ reddere prout eis uidebiť expedire. Qui officiales debeãt ꝓdictos examinare de geſtis & neglectis & ante aliquã cõdẽnationẽ/de repertis/eũ Poteſtate cõferre. Et ſi negligẽtes fuerint ꝓdicta facere: ut dictum eſt & rationẽ nõ exigerent ꝗ citius poterũt pro quolibet & qualibet uice cõdẽnetur in quadraginta ſol.ꝝ. Et ſimili pœna ꝓdicti tutores & curatores ſi nõ cõparuerint in terminis ſupradictis/uel ſi nõ reddiderint rõnẽ ad petitionẽ & terminũ ꝓdictũ. Et ꝓdictis ſeruatis/repertũ culpabilẽ/poſſint parti læſæ/cõdẽnare ad dãnũ & intereſſe & culpabilẽ remouere/notificando Poteſtati ꝙ aliũ ſubſtituat loco remoti. Et ſemper cũ dictis officialibus intereſſe debeant ad dictas rationes recipiendas cõſules pro tẽpore exiſtentes/& duo fratres minores ſeu prædicatores/quos eligerit dñs Poteſtas prædictus

dictus. Et pro ꝙ Poteſtas p̄dictus teneatur pœna quinquaginta lib. ꝶ. ſibi de ſuo salario auferenda facere obſeruari toto tẽpore ſui regiminis. Et de hoc ſyndicetur & ſyndicari debeat tẽpore ſui ſyndicatus: de quo etiã poſſit accuſari dicto tẽpore a quocũq; de ciuitate & comitatu Piſauri: & qui accuſauerit & dictam accuſam probauerit habeat & habere debeat medietatem dictæ pœnæ.

Qui nõ ſubeſt iuriſdictioni cõis Piſauri nõ gaudeat bñficio ſtatutoꝝ. ru. 59.

ITem ſtatuerunt ꝙ aliqua perſona quæ nõ ſubeſt iuriſdictioni cõmunis Piſauri nõ gaudeat beneficio dictorum ſtatutorum.

Quod illud ius ſeruetur oĩbus alterius iuriſdictionis in ciuitate Piſauri. Quod Piſaurenſibus ſeruatum eſt in ciuitate talium forenſium. rub. 60.

STatuerũt ẽt ꝙ illud ius ſeruet̃ & reddat̃ hoĩbus alterius ciuitatis/ſeu iuriſditionis in ciuitate Piſauri: quod Piſaurẽſibus obſeruaret̃ in ciuitatibus p̄dictoꝝ forenſiũ.

Quod cõmune ad petitionẽ cuiuſlibet Piſaurẽſis capiat quẽlibet de terra illa: ubi capti eſſent Piſaurenſes. rub. 61.

HAc municipali lege ſtatuerunt etiã ꝙ ſi cõmune aliquod nõ permiſerit ire Piſaurenſem per eoꝝ fortiã & diſtrictũ libere/& ſtare cũ perſonis & rebus eoꝝ aliqua occaſione/cõmune Piſauri faciat illud idẽ/& facere teneatur ad petitionẽ cuiuſlibet de ciuitate & diſtrictu Piſauri. ſ. reprehendere in pſonis & rebus illos quos fuerint de comitatibus & ciuitatibus: quæ reprehenderẽt hoĩes ciuitatis Piſauri & eius diſtrictus.

De eo qui manu propria ſcripſerit ſe debitorẽ alicuius. rub 62.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis manu propria ſcripturã fecerit/in qua cõfiteat̃ ſe debitorẽ eẽ/ex quacunq; cã/ꝙ talis ſcriptura ualeat & pleniſſimã fidẽ faciat/& ſi ſubſcripta erit manu duoꝝ teſtiũ/quẽadmodum inſtr̃a publica & regiſtrata/& poſſit & debeat cogi pſonalr̃ talis/qui talẽ ſcripturã fecerit manu ꝓpria per iudices uel officiales cõis Piſauri/ad ſatiſfactionẽ oĩum in dicta ſcriptura cõtẽtoꝝ/producenti ſcripturã p̄dictam/ſiue principalis creditor fuerit/ſiue procurator ipſius. Et ꝙ iudex ad petitionẽ creditoris ſiue ſui procuratoris/dictã ſcripturã producẽtis in iudicio/teneat̃ facere reſpondere per ipſum debitorẽ/ſuo ſacramẽto/an talis ſcriptura ſcripta fuerit manu ipſius debitoris uel nõ/quã ſi cõfeſſus fuerit ſua manu ſcriptã/paratã habeat & promptã exequtionẽ cõtra talẽ cõfitẽtẽ ut ſupra. Si uero negauerit ſua manu ſcriptã/ſi dato termino probetur per cõparationẽ lr̃aꝝ uel per teſtes uel alio modo legitimo eius manu cõſcriptam/talis negans cõdẽnetur cõmuni in uigintiquinq; lib. ꝶ. Et nihilominus exequtioni mandet̃ cõtra eũ ut ſupra. Si uero ille qui ſcripſit fuerit mortuus & negatũ fuerit per herẽdes uel alios habẽtes intereſſe ſcripturã fuiſſe manu illius ſcriptã ſi dato termino: ſimiliter probatur per cõparationẽ litteraꝝ uel alio modo legitimo/eius manu cõſcriptã/exequtioni mandetur ut ſupra. Et hoc ſtatutum locum habeat in ciuibus & forenſibus nõ obſtantibus aliquibus aliis in contrarium facientibus.

De modo & forma procedendi cõtra contumaces & de interpoſitione ſecundi decreti: & de extimatione extimatoꝝ extrahendoꝝ de buſſulo. rub. 63.

AD cõmunẽ utilitatẽ ſtatutũ eſt etiã ꝙ citatis debitoribus legitime ſecũdũ formam ſtatutoꝝ cõis Piſauri/ipſis nõ cõparentibus/detur cõtra ipſos cõtumaces poſſeſſio ex primo Decreto/ſiue fiat imiſſio in bonis ipſius pro mẽſura debiti declarati & in petitione deducti & expenſis legitime factis & fiẽdis in cauſa p̄dicta/qua imiſſio

ne facta fiat notificatio reo perſonaliter unica requiſitione uel bis ad domū ſue ſolite habitationis/ac etiā ſimul cū notificatione ꝑceptū de tenuta reluenda ad terminū Iudicis arbitrio ſtatuendū: cū qua notificatione & ꝑcepto ſimul fiat etiā de eo citatio: ut ad uidendū & audiendū oēs actus in cauſa fiendos uſq; ad ſniam excluſiue qđ cōpareat ſingulis diebus & horis: nec ſit neceſſe eum citari ad alios actus fiēdos/neq; ad uidendū produci capitula & alia inſtrā uel iura uel ad uidēndū iurare teſtes uel ad publicandū ꝓceſſum uel ad uidēdū extrahi extimatores de buſſulo: uel ad uidēdū ꝓduci & taxari expenſas niſi ad audiendū ſententiā ut infra dicet̃ poſt lapſum/cuius termini ad reluendū dati probetur actor. de ſuo iure legitime & in abſentia partis nullo dato curatore liti ꝑdicte. Quibus probationibus factis extrahat Iudex de buſſulo duos extimatores quos ad extimandū iuſte/ & legitime cogat' prius ab eis de iuſta extimatione faciēda ꝑſtito ſacramēto & extimatione relata citetur reus pſonaliter ſemel/uel bis domi ad ſententiā ſecūdi Decreti & adiudicet̃ res actori ex ſecūdo Decreto pro quātitate debiti expenſis tam factis q̃ uſq; in finē faciēdis. Iuſte tñ & legitime taxatis/reſeruato tñ iure hypotece/& prioritatis dictis creditoribus/quibus adiudicatio facta eēt/ſi talia bona nō eſſent facta ipſoꝝ creditoꝝ irreuocabiliter. Et ꝙ etiā liceat ipſi reo & debitori talē tenutā adiudicationis ex ſecūdo Decreto recuperare infra mēſem a die dationis īnſolutū/ſoluta tñ debiti & expenſaꝝ quātitate ꝑdicta. Supradicta etiā de extimatoribus uendicent ſibi locū ubi aliquis debitor etiā nō cōtumax uellet aſſignare de ſuis bonis creditori ſuo ſecundū formā ſtatutoꝝ loquētiū de aſſignatione bonoꝝ. Et ſi accideret ꝙ aliquis extractus de buſſulo extimatoꝝ per iudicē eſſet attinens uel ſuſpectus partiū: tunc extrahat̃ unus uel plures loco talium qui ſuſpecti partibus nō ſint. Tales tamen attinentes uel ſuſpecti extracti de dicto buſſulo reponant̃ in eodē buſſulo unde extracti fuerūt. Qua extimatione facta/debeat talis debitor facere plenariū ius de ipſis bonis extimatis creditori ſuo pro quātitate debiti & expenſis legitime factis per ipſum creditorē cū oibus clauſulis & capitulis opportunis ad ſenſum ſapiētis ipſius creditoris.

Vbi & in quibus caſibus & cauſis credatur libro merchatorum: & quando talis liber habeat exequtionem paratam. rub. 64.

ITem ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ ſi in libro alicuius merchatoris manu alicuius notarii apparuerit aliquē eſſe debitorē dicti crediroris ex cāuſa merchātie ab ipſo merchatore habite in aliqua pecuniæ quātitate/ꝙ talis ſcriptura habeat exequtionem paratā & eidē plenarie credatur/ac ſi publicum eſſet inſtrumentū dūmodo dictus notarius dictā ſcripturā in ꝑſentia duoꝝ teſtiū confecerit modo & forma inſcriptis milleſimo.cccxiiii. die.x. Iauuarii uel alio modo/ uel die quo debitū eſſet cōtractū Antonio de Corado de dare a Matthiolo de Vico p braccia ſei de azorino tolſe dal dicto per ſol.xl.el braccio lib.xii. Ego Petrus talis publicus notarius fui ꝑſens & ſcripſi in ꝑſentia Franciſci & Samperini prout cōtigerit: tunc eſſe ꝑſentes teſtes etiā mutatis uerbis ſupradictis ꝓut cōtigerit eſſe cōtrahētes uel res de quibus in ſcriptura deberet fieri mētio in libro. Qui notarius pro ſuo labore hr̃e debeat ipſo debirote ſex deñ. & nō ultra. Si uero talis ſcriptura eſſet ſcripta manu ipſius debitoris & ipſius debitoris manu ſubſcripta in qua ſubſcriptione atteſtetur ut ſupra de ꝑſentia duoꝝ teſtiū: tūc ut ſupra/ſi per eum debitorē/poſtea fuerit recognita habeat exequtionē paratā. Si uero nō recognoſceret̃ per debitorē: ſed negaret eius manu ſcriptā/ſi per cōparationē litteraꝝ pro

bari

bari poterit eius manu ſcriptã: quo caſu & priuata ſcriptura ſufficiat ad dictam cõparationem faciendã/ & per unum ex teſtibus in dicta ſubſcriptione deſcriptis eius manu fuiſſe cõſcriptã probetur/ habeat exequtionẽ paratã ut ſupra: & ultra p̃dicta condẽnetur in uigintiquinq; lib. ꝑ. in pœna dicte ſue negationis. Si uero per duos teſtes deſcriptos in dicta ſubſcriptione probaret̃ eius manu ſcriptã fuiſſe: etiã ſine probatione cõparationis litteraꝝ habeat exequtionẽ paratã. Et condẽnetur in uigintiquinq; libris ut ſupra: in quibus oĩbus procedi debeat corã iudice ſine figura iudicii & oĩbus ſolẽnitatibus omiſſis ſine ſcriptura aliqua. Et prædicta locũ habeant uſq; ad quantitatem cẽtum librarum. Abinde uero ſupra obſeruetur ius cõmune / & prædicta etiam locum habeant contra heredes ipſius debitoris/ ſi contra eos probatum fuerit ut ſupra.

Quod in cauſis merchantiaꝝ procedat̃ ſine figura iudicii. rub. 65.

STatutum eſt etiã ꝙ in oĩbus cauſis merchationũ quantũcunq; quantitatis fuerint procedat̃ ſũmarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii ueritate ſolũ inſpecta ſine ſcriptura & productione libelli/ tã in agendo q̃ in defendẽdo. Et ſiquis aduocatus procurator/ ſeu aliquis alius aliã q̃ ſtatutum eſt uiã temptaret ut hę in longum detraherentur cauſæ/ uice qualibet/ pœna. xxv. lib. puniat̃: ad quã pœnã ſoluendã cogat̃ per iudicẽ/ corã quo dictę cauſæ uerterent̃ de facto & ſine mora: aliter idẽ iudex incidat in dictam pœnã de eius ſallario irremiſibiliter defalcandã. Quin inſuper eadẽ puniatur pœna dictus iudex ſi in acceptando libellum/ ſeu alias ſcripturas / ſeu alio quouiſmodo uel quæſito colore dicto ſtatuto contrafaceret. Poſſint tamen dictæ partes/ ſeu earum procurator pro eorum iure cõſeruando producere inſtrumẽta & pacta inter dictas partes inita quantũcunq; fuerint ſcriptura uallata aliquo non obſtante.

Quod quis teneatur referre uel iurare ubi de eius proprio facto agitur: & de pœna deierantis. rub. 66.

HAc municipali lege ſtatutũ eſt etiã/ ꝙ quicũq; uoluerit deferre ſacramentũ alicui de ꝓprio facto ſuper aliqua re cauſa uel lite cuiuſcũq; ualoris & quãtitatis fuerit ꝙ ille cui delatũ fuerit corã officialibus ſcm̃ ſi de facto ſuo ꝓprio factũ fuerit iurare cõpellat̃ oĩno. Et ꝙ ſi ille cui delatũ uel relatũ eſſet iurauerit. Poſſit aduerſarius probare illũ mentitũ eſſe. Quo probato cõdẽnet̃ talis deierans in uigintiquinq; lib. ꝑ. cuius medietas ſit cõis & alia ꝓbantis illũ deieraſſe: & nihilominus ſoluat eius aduerſario/ id in quo appareret eũ teneri. Et officialis corã quo tale ſcm̃ deferret̃ uel referret̃ teneat̃ & debeat dicere tali iurare debẽti/ pœnã in qua incurrere debet ſi deierauerit.

De cõuẽtione facta de ducatis uel florenis itelligat̃ de ducatis Venetis. Et qui ꝓmittit duc. habeat electionẽ ſoluẽdi monetã uel aurũ. rub. 67.

FIrmiter ẽt ſtatuerũt ꝙ ſi inter aliquos fuerit aliqus cõtractus cellebratus uel cõuẽtio & aliquid dictũ uel cõuentũ/ ſeu ꝓmiſſum fuerit de ducatis intelligatur dictũ uel promiſſum de ducatis Venetis. Si uero dictũ ꝓmiſſum uel cõuentũ eſſet: ſiue facta mentio eſſet de florenis/ intelligat̃ dicta cõuentio uel ꝓmiſſio facta de ducatis Venetis niſi expreſſe & ſpecifice actũ eſſet inter partes/ ꝙ de florenis uel aliis: & nõ de ducatis Venetis intelligeret̃. Et ꝙ ſi aliquis promitteret alicui uel cõueniret in aliquo cõtractu uel merchato dare ducatos uel florenos/ ꝙ tẽpore ſolutionis fiẽde talis debitor/ uel promittens habeat electionẽ ſoluendi debitũ uel promiſſum in auro uel moneta/ dũmodo tantã monetã p̃ſtet pro quolibet ducato/ ſiue tot boñ. quot tũc eſſet curſus ducati/ ſiue

quot ualeret ducarus tpe ſolutionis fiende/ nó obſtáte ꝙ tpe cótractus ducatus ualeret plus uel minus reſpectu monete argenteæ. Et hoc habeat locum etiá nó obſtáte mora.

In qua moneta debitor poſſit ſoluere creditori ſuo.. rub. 68.

AD cóem utilitaté facitú eſt ét/ꝙ quilibet debitor uſqꝫ ad q̄titaté.xx.ſol. poſſit ſoluere creditori ſuo in quatrenis dictá quátitaté. Si uero debitor a.xx. ſol. ſupra uſqꝫ ad quátitaté centú ſol. poſſit ſoluere.xx.ſol. iu quatrenis & a dictis.xx.ſol. ſupra ſol. q̄tuor quatrenoꝶ pro lib. A centú ſol. ſupra uſqꝫ ad quautitaté.x. lib. poſſit ſoluere ſol. tres q̄trenoꝶ pro q̄libet lib. Remanéte tñ ſemp firma ſolutione de qua ſupra. A decé uero lib. ſupra teneat́ ſoluere in moneta argẽtea tñ. Et p̄dicta locú habeát ubi cóuẽtio & obligatio ſimplr̄ ↄtracta eẽt. Si uero iter ptes expſſe actú eẽt ſolutioné fieri in moneta argẽtea: túc qđ de hoc ſpecifice cóuẽtú eſt obſeruet́ iter eos: & ꝙ uullus teneat́ recuſare denarios paruulos uſqꝫ ad q̄titaté duoꝶ ſol. & ꝙ in quolibet cótractu in quo noiaret́ ſol. itelligat́ de boñ. argéreo bono/ & cóſueto expẽdi iu ciuirate Piſauri. Et ꝙ quilibet recuſans ſolutiones p̄dictas dictaꝶ monetaꝶ ſupius taxatas recipree ſoluat noie báni cõi Piſauri.x.ſol.ꝶ. pro qualibet uice. Prædicta tñ nó uẽdicẽt ſibi locú in gabellis collectis/ & pœnis fiſcalibus/ in quibus exactores nó teneant́ niſi moneras argẽteas recipere pro utilirate & bono publico ciuitatis & comitatus Piſauri &c̄. Et ꝙ nullus creditor uel uéditor cuiuſcúqꝫ rei uel quátitatis poſſit uel debeat quocúqꝫ modo tacite uel expreſſe directe uel indirecte renuere uel recuſare quartá ptẽ p̄cii uel ſolutionis in quatrenis uel denariis paruis ueteribus: imo ipſam quartá ptẽ in quatrenis uel denariis paruis recipere teneat́ debirore uel emptore ſoluere uolẽte. Er reſſiduú in auro & i argẽto. Et p̄dicta locú habeár iu quacúqꝫ re uel q̄tirare: ſiue ſit publica/ ſiue priuata/ ſiue ſit depoſitarius exactor collectaꝶ uel alius officialis/ uel alia priuata pſona. Qui quocúqꝫ & qualitercúqꝫ aliquid recipere debeat de p̄terito uel in futuꝶ. Cótrafaciẽs uero in renuẽdo uel in nolẽdo recipere ipſo facto cogat́ ad ſoluendú noie pœuæ.xx. ſol. pro qualibet uice. Tricoli tricole & alie pſone uendéres res ad minutú uſqꝫ ad rres ſol. teneant́ recipere quatrenos uel denarios paruos. Abinde ſupra quartá ptẽ in quatrenis uel denariis paruis: pœna p̄dictis/ & cuilibet cõpetar accuſatio/ & teneat́ in ſecreto & habear quartam parté/ & ſibi credat́ cú iuraméro/ & huic ſtatuto renúciari nó poſſint/ etiá cú iuramento qđ iuramentú & renuuciatio ſint nulla ipſo iure táq̄ facta cótra utiliraté & bonos mores ciuiratis. Prædicta aút nó habeat locú in p̄cio uini: & debiro ex eo cú emitur & uenditur in groſſum. Et idem in datio quod ſoluitur quando extrahitur: ſed iſtis caſibus habeat locum id quod eſt hactenus conſuetum.

De poſſeſſiouibus terminandis. rub. 69.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis corá Poteſtate uel iudice querimoniá ꝓpoſuerit de aliqua ſua poſſeſſione ſupra p̄henſa teneat́ & debeat Poteſtas uel Iudex facere/ ꝙ q̄libet pars eligat unú hoiem ad diffiniendú poſſeſſioné. Et ſi hoies qui electi fuerint ad determinandú nó cócordauerint ſe ad terminandú iufra rermiuum datum per Poteſtatem uel eius Iudicem: Poteſtas uel eius Iudex tertium hoiem aſſúmat non ſuſpectum & ipſum iurare faciat p̄dictá terminationé facere ſine fraude. Et quod terminatú fuerit per ipſos uel duos ipſoꝶ pro firmo & rato habeat́. Et Poteſtas faciat obſeruari: & hoies qui electi eſſent ad terminandú ſint & eſſe debẽát ſi poſſibile fuerit de uniuerſitate/ iu cuius curia terminatio fieri debet & nó aliunde/ & ſint de antiquioribus & melioribus

lioribus qui habeāt uel habuerint poſſeſſionē uel podere in cōtrata illa/in qua termina tio fieri petit. Et facta terminatione per tales amicos ſic electos/ſi aliquis reptus fuerit ſu pra phendidiſſe de poſſeſſione cōuicini ſui supraphēſum reſtituat tātūdē de poſſeſſione ſua. Et ſi ille cōtra quē petit terminatio talis fieri/uoluerit pbare ſe pſcripſiſſe ante q̄ termina tio p amicos fiat poſſit pbare ſine libelli porrectione & litis cōteſtatione oi ſolēnitate iuris omiſſa: & ſi probauerit legitime pſcripſiſſe nō procedatur ad aliquā terminationē.

De poſſeſſione concedenda poſſidenti a tribus lateribus. rub. 70.

ITem ſtatuerūt ꝙ ſi aliquis poſſederit rē aliquā ad quā aliquis tenet circūcirca uel a tribus lateribus/ſeu a duobus/& a tertio ſit uia & res talr circūdata ſit ualoris.50.lib. ꝶ. ſeu minoris ille cuius eſt res teneat poſſidēti pro cābio uel denariis in arbitrio duoꝝ exti matoꝝ eligēdoꝝ a partibus.ſ.a qualibet pte unū dare: & talis poſſidēs accipere aſtringat modo ſimili ut dictū eſt: abſq; libelli porrectione/alioquin ſi illi duo nō eſſent cōcordes ter tius det per Poteſtatē. Et hoc fiat & pcedat ſūmarie/& ſine porrectione libelli/& ſine ſcri pturis: dūmodo res poſſidētis a pdictis lateribus ualeat triplū poſſeſſionis alterius. Itē ſi aliquis poſſederit alicui poſſeſſioni a duobus lateribus: & res fuerit ualoris.xl.lib. ꝶ. uel mi noris quātitatis/qđ habēs poſſeſſionē tāti ualoris/cogat ēt dare poſſidēti a duobus lateri bus ſm formā pdicti ſtatuti: dūmodo res poſſidētis ualeat & ualeāt quadruplū alterius poſſeſſionis. Itē quicūq; poſſederit iuxta aliquā poſſeſſionē ab uno latere tm̄: & ab alio ſit uia: & res ſic laterata ualeat.xx.lib.ꝶ. uel minus pciū qđ talr poſſidēs rē pdictā cogat uen dere ſm formā & modū pñtis ſtatuti: & hoc fieri debeat ſūmarie & oi iuris ſolēnitate ob miſſa/& poſtq̄ citatus fuerit nō poſſit facere aliquā nouitatē in ipſa re uel de ea/pp quā pe tēs priuaret dicta poſſeſſiōe uel nō poſſet eū cōpellere ſm formā dicti ſtatuti: dūmodo res poſſidētis ab illius latere ualeat ſexcuplū alterius poſſeſſionis. Et pdicta etiā uendicent ſibi locum in domibus & caſſalinis poſitis in ciuitate Piſauri & caſtris cōmitatus: niſi tales domus eſſent proprie habitationis eoꝝ/qui eas uendere nollēt cōuicinis eoꝝ: ut ſupra: quo caſu uendere nō cōpellantur/niſi pro libito uoluntatis eoꝝ.

De arboribꝰ uēdēdis illi ſi cuius poſſeſſiōe ē p pcio p cōes amicos eligēdos. ru. 71

STatuerunt ēt ꝙ oēs habētes arbores fructiferas uel nō fructiferas in poſſeſſione ſeu poſſeſſionibus alicui teneat dictas arbores dño ſoli poſſeſſori uendere pro eo pcio quo cōuenerint. Et ſi de pcio nō eſſent cōcordes: tūc per partes duo boni uiri eligant de cō trata ubi petit extimatio pdictaꝝ arboꝝ fieri: qui iurare debeāt pdictas arbores extimare bona fide ſine fraude: & ꝙ extimatio facta per eos pro firma & rata habeatur. Et ſi illi duo amici cōcordes nō eſſent: tunc Iudex tertiū hoiem aſſumat nō ſuſpectū: & id qđ duo ex iſtis hoibus cōcordes eſſent pro firmo habeatur/ſub poena decem libraꝝ.

Quod Poteſtas ad petitionē cōſortis cogat cōſortē actare rē cōem. ru. 72.

ITem ſtatuerūt ꝙ ſi aliquis habuerint aliquā poſſeſſionē cōem uel aliquā aliā rē: quæ cōmode ſortiri nō poſſit ſine deterioramēto unius ptiū/ꝙ ad petitionē illius uel illoꝝ qui uoluerint dictā rē actare uel laborare uel inculcū retinere Poteſtas teneat cogere cōſortē ad dictā rē ſeu dictas res laborādas & incultu tenendas/ac eſſe reaptandas.

De cōmuni muro/& ſerratura fienda. rub. 73.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ ſi aliquis habuerit domū cōem diuiſam cū uno & eodē tecto fiat ſerratura inter eos hoc modo.ſ.ſi domus fuerit murata debeat fieri ſerratura murara expēſis ambaꝝ partiū/ſi altera pars hoc petierit: & ambe ptes ſufficiētes fuerint ad dictā expēſam faciendā & hoc quatenus ptēdat dicta domus olim cōis. Abinde uero ſupra fiat

expēſis eius qui uellet ultra domū ſuā eleuaret: dū tñ ſup dicto muro ſic facto cōiter/ ſiue cōi licitū ſit murare: & edificare/ ſine leſione alterius partis. Et hoc ſi pars nō edificās uoluerit: poſtea in dicto muro ultra ꝗ primo extēdebat̃ domus ſua hr̄e partē/ uel in eo edificare/ uel aliquid imittere poſſit: dūmodo ſatiſſaciat parti edificāti expēſas pro ſua pte. Si uero pauper eſſet altera partiū pdictaꝝ: & recuſaret talis pauper dictā ſerraturā de muro facere/ tūc ab altera parte compelli nō poſſit ad contributionem dicti muri ſi altera pars de muro dictam ſerraturā facere uoluerit. Si uero poſt talē ſerraturā factam per alterā partium. Altera pars quæ a principio: tunc inſuficiēs & nō cōtuliſſet in dicta ſerratura uellet habere partē in ea uel edificare/ uel aliquid imittere in ea poſſit/ dūmodo ſatiſſaciat ei qui edificauerit pro pte ſibi cōtingēte. Et idē qđ ſupradictū eſt: obſeruet̃ in muro cōi/ qui minaret̃ ruinā uel iā minatus eēt. Et in oībus aliis muris cōibus factis & fiēdis. Et ſi domus nō fuerit murata debeat fieri ſerratura de eo/ de quo ſunt ſerrature exteriores/ & qui cōtrafecerit in pdictis uel aliquo pdictoꝝ ſoluat noīe bāni .xxv. lib. ꝶ. & nihilominus pdicta ſeruent̃

De eo qui edificauerit in ſolo alieno. rub. 74.

STatuerūt ꝙ qcūq; edificauerit i ſolo alieno uel aliqđ edificiū fecerit ſi ſciēter/ pdat edificiū & cedat ſolo: ſi ignorāter teneat̃ remouere edificiū icertū & cōpetētē terminū a iudice ſtatuēdū: qđ ſi nō fecerit pdat edificiū & cedat ſolo/ niſi ſe ɔcordauerit cū dño ſoli

De eo qui denunciauerit nouū opus alicui edificanti. rub. 75.

STatutū eſt ēt ꝙ ſi aliquis denūciauerit nouū opus alicui edificāti/ ꝙ denunciator teneat̃ & debeat ꝓbare de iure ſuo infra decē dies a tpe denūciationis cōnumerādos: alioquin elapſo termino ſupradicto & legitima ꝓbatione nō facta de iure ſuo/ nō obſtante denūciatione facta poſſit ꝓcedi ad operis pfectionē: dūmodo pſtet fideiuſſores idoneos de ope molliēdo ſi appuerit iniuſte edificaſſe; ꝙ ſi pdictus denūciator nō obtinuerit nō obſtante iuramēto calūnie pſtito in cā cogat̃ ſūmarie in ipſa ſnia abſolutoria reficere dāna & expēſas taxatione a iudice prius facta. Et illud idē dicimus obſeruari in refectiōe expēſaꝝ etiā in actore niſi pdicti uel alter ipſoꝝ ſe euidenter docuerit a tali calūnia innocentes. Et ſuper hoc poſſit & debeat procedere in iudicio ſummarie ſine libelli porrectione & petitione aliqua receptis probationibus & confeſſionibus/ ſeu negationibus.

De rē in publico foro empta. rub. 76.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ quicūq; Piſaurēſis uel comitatinus eiuſdē/ emerit rē aliquā mobilē in foro publico .ſ. in plateola paduli/ in triuio porte curine: & in platea palatii cōis Piſauri & foro mōtis abbatis die quo ibi fit forū/ ꝙ nō teneatur ad reſtitutionē dicte rei: quātūcūq; ꝓbatū fuerit rē eſſe alterius: niſi pciū/ & expēſe facte ſibi ad integrū reſtituant̃ Et hoc habeat ēt locū in rebus emptis & pmutatis tpe nūdinaꝝ. Si uero alio tpe emptio/ ſiue pmutatio facta fuerit in platea ſupradicta idē ſeruet̃: dū tñ uēditio & pmutatio eo caſu fiat ſono tube. Et ꝙ iudex forēſem audire nō debeat/ niſi pciū uel rē pmutatā reſtituerit: ſic & taliter ꝙ ciuis habitator & comitatinus in nullo dāno remaneat.

De lapidibus ſolee accipiendis. rub. 77.

AD cōem utilitatē ſtatuerūt/ ꝙ liceat unicuiq; accipere de lapidibus ſolee occaſione calcine faciēde/ & nemini liceat ɔtradicere ſub pœna .x. lib. ꝶ. cuius medietas ſit cōis & alia accuſatoris. Et unicuiq; cōpetat accuſatio/ & hēat dimidiā ptē bāni ſupradicti

Quod qñ fit mentio de pede intelligat̃ de pede & paſſu aliprandi. rub. 78.

ITem ſtatuerunt ꝙ quotiens fiat mētio de pede & paſſu ſemper intelligatur de pede/ & paſſu aliprandi, exceptis paſſibus merchatorum.

De emancipationibus in conſilio inſinuandis. rub. 79.

STatuerunt ēt ꝙ ſi emācipationes a Piſaurenſibus eoꝝ filiis faciēde/ & coꝝ bonoꝝ cō ceſſiones/ ſeu donationes nō fuerint in cōſilio gñali publicate infra unū menſem a tpe emācipationis facte/ uel cōceſſionis/ nullū ꝑiudiciū tales emācipationes/ aut donationes & cōceſſiones in eis poſite faciant legitime cōtrahentibus cū parentibus aut filiis: & dicte do nationes & conceſſiones & emancipationes debeant regiſtrari infra tēpus prædictū.

De donationibus in conſilio inſinuandis. rub. 80.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ donationes reꝝ imobiliū / uel mobiliū a ualore quinquaginta lib. ſupra facte inter uiuos a maioribus.xxv.annis nō ualeant ipſo iure/ niſi fuerint inſinuate in publico cōſilio generali cōis infra mēſem a die facte donationis. Donationes uero facte a minoribus cū inſinuatione/ uel ſine nullo modo ualeāt/ niſi ſeruata fuerit ſolē nitas/ quæ ſeruari debet in uenditionibus reꝝ minoꝝ: adhibita ſup inſinuatione ꝑdicta. Et huic ſtatuto renūciari nō poſſit/ etiā ſi iuramēto fuerit uallata talis renūciatio: quo caſu talis iurans dolo & fraude ꝑſumat inductus auctoritate præſentis ſtatuti.

Qualiter probetur ꝙ quis ſit notarius. rub. 81.

STatuerūt ꝙ ſi aliq̄ ꝑſona negauerit aliquē eē uel fuiſſe notariū & poterint aduci plu ra inſtrā fcā p ipm notariū negatū/ tūc dcā iſtra fcā plenā ꝓbationē faciāt ꝑdictū no tariū negatū notariū fuiſſe & eē notariū. Q d ſtatutū locū hēat i notario ciuitatis & co mitatus Piſauri & in ꝯtinuis hitatoribꝰ eorūdē uel ēt ſi ꝓduxerit priuilegiū ſui notariatus

Quod habeat pro offāle cōis qui in inſtro reperiť pro officiale. rub. 82.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi in aliquo publico inſtro ſeu documento fieret mentio ꝙ ali quā ꝑſona fuiſſet uel eſſet Poteſtas Piſauri/ ſeu Iudex uel alius officialis ꝙ habeať pro Poteſtate Iudice & alio officiali & præſumatur eſſe uel fuiſſe.

Quod quælibet ꝑſona cuius noīe ſtipulatū fuerit uel pro aliquo aliquē cōtra ctum fecerit poſſit agere ex eo cōtractu nulla ceſſione facta. rub. 83.

STatutū eſt ēt ꝙ q̄libet ꝑſona cuius noīe aliquis ſtipulatus fuerit uel aliquā ꝓmiſſionē emptionē/ uel alio modo quicunq; aliquid receperit noīe alicuius de dādo uel ſoluēdo uel faciendo uel alio quocunq; modo ꝙ illa ꝑſona cuius noīe talis promiſſio ſeu ſtipulatio fuerit facta uel heredes eius poſſint agere excipere in iudicio uel extra ſine aliqua ceſſione fa cienda ſi uult/ quēadmodū ſi ipſa ꝑſona cuius noīe talis ꝓmiſſio fuerit facta principalr pepi giſſet: & ſibi facta fuiſſet. Et habeat locum in ꝑteritis pendentibus & futuris.

Quod filius familias poſſit teſtari prout infra. rub. 84.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ filius familias libere teſtari ualeat quo ad reſtitutionē male abla toꝝ de bonis ad eū ꝓuentis ex ſucceſſione materna/ & de aliis bonis aduēticiis/ & pa ter de ipſis bonis ſoluere teneatur male ablata ꝑdicta de ꝓprietate/ ſi penes eū reperirenť. nō tamen ſibi ꝑiudicando in aliquo in uſufructu ſibi a iure cōceſſo.

Quod minores uigintiquinq; annis nō poſſint cōtrahere ſine cōſenſu tutoris uel curatoris & duorum propinquorum. rub. 85.

STatutū eſt ēt ꝙ cōtractus uēditionū / ſeu alienationū /facti per minores.xxv.annis de & ſup rebus eoꝝ:/ abſq; iudicis auctoritate & ꝯſenſu tutoꝝ uel curatoꝝ ad bona ad ipm actū ſpālr cōſtitutoꝝ: & duoꝝ ꝓpinquoꝝ: cōſanguineoꝝ ipſoꝝ. Si tutores uel curatores ha buerint: & ſi tutores uel curatores nō habuerint/ abſq; cōſenſu & licentia duoꝝ: ꝓpinquoꝝ & cōſanguineoꝝ ipſoꝝ minoꝝ/ q̄ tūcunq; hmōi cōtractus fuerint uinculo iuramēti uallati ſint ipſo iure nulli: & eo caſu ipſi minores auctoritate pñtis ſtatuti ꝑſummantur dolo

ab aduerſariis inducti. Et idẽ in obligatione ꝑſonali & in omni alia obligatione facta a minoribus ꝑdictis ſi minores fuerint uiginti annis & cõtractus alr facti quãuis fuerint uinculo iuramẽti uallati debeãt de iure & de facto ꝓ nullis hñi & dolo iducti eo caſu ꝑſumãť ut ſupra. Si uero maiores.xx.ãnis fuerint: minores tñ.xxv.ſi ꝑdicte ſolẽnitates in ꝑdictis obligationibus ꝑſonalibus & alienationibus obſeruate fuerint ꝑciſe & efficaciter teneanť. Si uero obſeruate nõ fuerint: tũc in arbitrio Iudicis remaneat. An talis minor teneať & obligatus ſit tali obligationi uel alienationi. Et iudex uinculo ſacramenti teneať & debeat in interpoſitione decreti/& ante interpoſitionẽ/prædicta diligẽter inquirere/an utile ſit dicto minori talẽ cõtractũ uel obligationẽ: ſeu alienationẽ cõtrahere. Prædicta tñ nõ uendicent ſibi locũ in renunciationis mulieꝝ adultaꝝ fiẽdis iposterũ per eas cõſanguineis ſuis: uſq; ad quartũ gradũ de iure ciuili: in quibus renunciationibus/ſi interueniãt: quæ de iure ciuili uel canonico in talibus renũciationibus ſufficiũt/& eas uallidãt/plenã obtineãt roboris firmitatẽ: ſi tñ talibus renũciationibus duo ex ꝓximioribus ꝯſanguineis dictaꝝ adultarũ ꝯſenſerint: & idẽ in filio familias minore qđ ſupradictũ eſt de minore ſui iuris obſerueť.

Qđ nõ accipiať aliquid alicui pro cõi niſi primo ſibi fuerit ſatiſfactũ. rub. 86.

ITẽ ſtatuerũt ꝙ aliquid alicui nõ accipiať pro cõi niſi prius ſit ſatiſfactũ a cõi. Qđ eaꝑſum remitti nõ poſſit ꝯſilio. Et ꝙ Ptãs uel ei⁹ offiãles ꝯtrafaciẽtes ꝯdẽneť in.xx.lib.ꝝ.

De arris dandis ſuper aliquo inſtrumento. rub. 87.

FIrmiter ſtatuerũt ꝙ ſi aliquis ꝯtrahẽs uel cõtrahere uolẽs ſuꝑ quacũq; re dederit arras parti cũ qua cõtraxerit uel cõtrahere uoluerit ille arras acceperit ſine ꝯditione aliqua ꝙ talis accipiẽs & dans teneãť cõtractũ ꝑficere.ſ.dans arras ſoluere ꝑciũ & recipiẽs rẽ tradere/ſuꝑ qua arre date fuerint/recepte modo ꝑdicto. Et ſi arre date fuerint uel accepte ſub aliqua cõdictione/ꝙ cõdictio ſit cõis oium cõtrahẽtiũ ſine expreſſione partis alterius.ſ.ꝙ liceat nõ exprimẽti/id quod liceret cõdictionẽ exprimẽti infra idẽ tempus.

Quod mulieres nõ intrent palatium ut infra ſequitur. rub. 88.

STatuerunt ẽt ꝙ nulla mulier audeat uel ꝑſũmat ire in palatiũ cõis/ſi nõ fuerit citata uel requiſita ad petitionẽ alicuius uel niſi iret de ſe excuſandũ uel ad accuſandũ uel ad teſtimoniũ ꝑhibendũ uel niſi iret pro ſe pr̃e/mr̃e/fratribus/& filiis/& ſi qua mulier in ꝑdictis caſibus in palatiũ ire teneretť: quæ cõſiderata ipſius cõdictione/nõ eſſet cõueniẽs/ꝙ ire deberet in palatiũ Vicarius Iudex/& quilibet alius officialis teneať ire/& debeat ad locũ ſancti Dñici uel ſancti Stephani/uel ſancti Leonardi ad exercẽdũ ea/pro quibus dicte mulieres citare fuiſſent. Et ſi quę mulier cõtrafecerit ſoluat cõi noie bãni pro qualibet uice decẽ ſol.ꝝ.Et ꝑdicta nõ uẽdicẽt ſibi locũ in meretricibus & aliis uitã inhoneſtã ducẽtibus.

Quod nullus intret infra ſtangam officialium cõis Piſauri. rub. 89.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus intret infra ſtangã bãchaꝝ officialiũ cõis Piſauri/& qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni.xii.deñ.ꝝ. exceptis aduocatis ꝓcuratoribus & plazariis.

De fructibus perceptis ex rebus uxoris. rub. 90.

STatuerũt ꝙ qcũq; ciuis Piſaurẽſis uel comitatinus ꝑceperit aliquos fructus ex rebus: q̃s eius uxor hũerit extra dotẽ nõ teneať reſtituere ipſos fructus ipſi mulieri/nec eius hr̃dibus/nec alicui ꝑſone noie ipſius mulieris/nec alieni/ad quẽ res ꝑdicte mulieris poſſent pertinere/niſi mulier expreſſe ꝯtradixerit uiro/ut maritus nõ ꝑcipiat fructus dictaꝝ reꝝ.

Qđ uxor reſtituat expẽſas uiro: quas fecerit in litigãdo pro re uxoris ru. 91.

ITẽ ſtatuerunt ꝙ quilibet homo hñs poſſeſſionẽ aliquã uel rẽ in dotẽ ab eius uxore & pro defendẽdo eã cũ aliquo litigauerit/& expẽſas fecerit eius uxor teneatur

ſuo uiro

ſuo uiro expenſas reficere: quas probare poterit feciſſe: & pto ipſis expenſis ſoluendis: poſſit uir uel eius heredes retinere rot de bonis ſue uxoris ꝙ integre ſit ſatiſfactum: & hoc habeat locum tam in præteritis q̃ in futuris.

Quod foréſes hñtes uxores piſauréſes nõ poſſint uẽdere res uxoris. ru. 92.

STatutũ eſt etiã ꝙ quicũq; foréſis alibi habitãs acceperit aliquã fœminã de ciuitate comitatu uel diſtrictu Piſauri in uxorem nõ debeat nec poſſit uendere poſſeſſiones ſue uxoris nec diſtrahere uel alienare: & qui emerit uel per alienationem receperit amittat ꝑcium & poſſeſſioné: nec eam cogere poſſit ad uenditioné huiuſmodi faciendã: & idem dicuntur in his qui acceperint uxores ut ſupra: etiã ſi in ciuitate uel comitatu habitauerint: niſi ꝑpetualẽ habitationé promiſerint facere in ciuitate Piſauri uel eius comitatu: quo caſu poſſint licẽtia Poteſtatis uel rectoꝝ habita.

Quod mulieres Piſauenſes ſe maritare nõ poſſint forenſibus niſi per fideiuſſorem idoneum promiſerint de continuo habitando. rub. 93.

FIrmiter ſtatuerũt ꝙ q̃libet mulier tã ciuitatis q̃ comitatus Piſauri quę aliquẽ uiꝝ forẽſem acceperit anteq̃ per uerba de pñti in eo conſentiat faciat talr ꝙ ille qui uult eã uxoré hře ꝓmittat & ſe obliget cũ fideiuſſoribus ad ſenſum/ & uoluntaté cõis Piſauri de habitãdo continue in ciuitate uel comitatu Piſauri/ & collectas & factiones alias faciẽdo cõi prout erit alibratũ q̃d habuerit ab uxore ſi cõtigerit faciẽdas. Quod ſi aliqua mulier nõ fecerit ut dictũ eſt in pœna ipſius mulieris medietas oium ſuoꝝ bonorum/ ac etiã dotis per eam dicto marito tradite uel promiſſe deueniat in cõmune.

Qualr dotis reſtitutio locũ hẽat. Et qualr inſtrã doralia fieri debeãt. ru. 94.

ITẽ ſtatuerunt quia intereſt reipublice ne hoies in infinitũ remaneãt obligati: ꝙ ſi mrĩmoniũ iter aliquos cõtractũ fuerit & ex pte mulieris diſſolutũ extãribus filiis cõibus ex eodẽ matrimonio/ ꝙ reſtitutio doris nullo modo locũ hẽat/ ẽt ſi cões & ſupſtites in quacũq; ætate deceſſerint ſine filiis uel ſine liberis/ nõ obſtãte aliquo pacto ſup reſtituẽda dote inter ipſos/ qui reſtituere debẽr in oppoſito. Et ꝙ nullus notarius cõtrariũ inſtrm ſcribere audeat/ pœna quinquaginta lib. ꝛ. & priuationis ꝑpetui notariatus officii & inſtrm in hac parte per ipſum cõfectũ nullius ſit ualoris uel momenti & dicto ſtaturo renunciari non poſſit. Et ſi renunciatum fuerit ipſa renunciatio ſit ipſo iure nulla.

Quod maritus lucreẽ dimidiã dotis uxore ꝑdefuncta ſine liberis matrimonio iã cõſumato. Ante uero matrimoniũ cõſumatũ quartã parté rub. 95.

ſoluat noie banni uigintiquinq; lib. ꝗ. Et hoc ſi res fuerit extimationis a decẽ ſol. uſq; ad uigintiquinq; lib. a uigintiquinq; lib. ſupra uſq; ad centũ ſoluat quinquaginta lib. a centũ lib. uero ſupra ſoluat cẽtũ libras & dãnũ emendet: qđ ſi nõ ſoluerit luat in cor pore arbitrio Poteſtatis: & in omnibus pdictis caſibus pœnę dupliceͭ ſi fuerit de nocte uel in platea & eius confinibus. Si uero furatus fuerit cannas uel uincos de aliqua poſſeſſione ſoluat nomine banni pro uno faſce ſexaginta ſol. ꝗ. & ab uno faſce ſupra pro qualibet ſoluat nomine bãni uiginti ſol. ꝗ. ab uno faſce infra ſoluat arbitrio Poteſtatis & ſtetur & credatͬ ſacramẽto accuſatoris de furto cãnaꝶ uel uincoꝶ uſq; ad quãtitatem quadraginta ſol. ꝗ. ſi dixerit ſe perſonaliter inueniſſe furtum facientẽ. Et uſq; ad centũ ſol. ꝗ. ſi per unũ teſtẽ probauerit conſiderata cõditione pſonæ accuſantis & accuſati. Si uero nõ reperiretͬ furtũ faciens. Et aliqua pſona utereͭ in cõtrata in qua tales res eſſent acepte/ & eſſet pſona: quæ eſſet cõſueta furari cõdẽnetur in dictis quãtitatibus habita fide ut ſupra/ ac ſi inuenta fuiſſet furari res pdictas: ſi probauerit per publicã uocẽ & famã ipſam perſonã eſſe cõſuetã furari nõ obſtante aliquo ſtatuto in cõtrariũ loquente. Si uero furatus fuerit fenũ/ paleã/ olera/ ligna/ cãnas ſiccas/ ficus/ pira uel alia poma ſtatuta de dãnis datis in pdictis uendicent ſibi locũ. & nõ furti accuſatio uel punitio. Si uero talis fur fuerit publicus latro/ uel qui alias cõſueuerit furari fur cis ſuſpendatur taliter ꝙ moriatͬ. Si uero aliquis aliquẽ pdauerit in ſtratis uel aliis locis cũ armis/ ſi fuerit publicus pdator uel qui cõſueuerit pdari furcis ſuſpendatur. Si uero nõ fuerit publicus pdator uel ſolitus prædari perdat oculos. Si uero ſine armis prædauerit in dictis locis ſoluat nomine bãni quinquaginta lib. ꝗ. & ablata reſtituat in duplum cõſideratis cõditionibus perſonaꝶ tẽporis loci. Quã pœnam ſi nõ ſoluerit infra octo dies uel nõ poterit ſoluere fuſtigeͭ. Si uero aliquis hoſpitator in ſuo hoſpitio furatus fuerit hoſpiti aliquid in ſuo hoſpicio hoſpitãti ſoluat nomine bãni centũ lib. ꝗ. nullo ſibi hoſpitatori beneficio ſtatutoꝶ admiſſo excepto beneficio cõfeſſionis. Si uero aliquis nõ tenẽs hoſpitiũ in domo ſue habitationis furatus fuerit aliquid alicui quẽ duxerit ſecum ad hoſpitandũ in ſua domo condẽnetur in ea pœna qua condẽnari deberet ſecundũ formã præſentis ſtatuti: ſi furatus eſſet talem rem uel res in domo eius quẽ ſecũ duxerint ad hoſpitandũ. Si quis per uim caputeum uel aliquã aliã rẽ de manibus uel dorſo acceperit uel rapuerit condẽnetur in decẽ lib. ꝗ. Et rapta reſtituant.

Quod Iudex teneatur condẽnare furẽ ad emendationẽ dãni prius dãno paſſo ꝗ̃ cõmuni de pœna ſatiſfaciat. rub. 35.

STatuerunt etiã ꝙ ſi aliquis fuerit condẽnatus pro furto teneatur Iudex tẽpore ſententie ferende eum furem condẽnare ad reſtitutionem dãni: etiã ſi aperte petitum non fuerit & condẽnatus cogere primitus emendare domino/ cui furtum factum fuerit dãnum: quam condẽnationem ab ipſo extorquere.

Quod nullus cõuenticulas faciat uel in eis ſiue in eas eſſe debeat. rub. 36.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus in ciuitate uel comitatu Piſauri audeat uel præſummat conuenticulas illicite facere contra ſtatutum ciuitatis Piſauri uel dominoꝶ de Malateſtis uel in ipſis conuenticulis ſiue coniurationibus eſſe. Et qui cõtrafecerit ſi auctor conuenticule fuerit ſoluat nomine banni ducentas libras ꝗ. Si uero auctor nõ fuerit in centum lib. ꝗ. cõmuni Piſauri condemnetur & in maiori pœna ſupradicta conſiderata qualitate

qualitate conuenticule uel coniurationis: & cauſa eius/ac conditione perſonarum arbi- trio Poteſtatis. Et cuilibet competat accuſatio. Et ſi nõ habuerit auctor dicte conuen- ticule unde ſoluat condẽnationem ſupradictam capite puniatur.

De pœna rebelliũ: & pœna proditionẽ cõmittentiũ. rub. 37.

STatuerunt etiã ꝙ nullus cuiuſcũqꝫ conditionis exiſtat audeat uel præſũmat per ſe uel alium proditionẽ facere ciuitatis uel alicuius caſtri comitatus Piſauri: & qui cõtrafecerit furcis ſuſpendatur. Et ꝙ nullus præſũmat eſſe in tractatu conſiliũ uel opẽ ram pſtare qđ caſtrũ & uilla comitatus Piſauri a ſeruitio ciuitatis expugnet uel in alte rius fortiã perueniat ſub iam dicta pœna furcarum. Et ꝙ nullus ciuis uel comitatinus præſũmat eſſe rebellis ciuitatis uel comitatus Piſauri uel guerrã facere ciuitati uel co- mitatui Piſauri. Et qui contrafecerit furcis ſuſpendatur. Et ꝙ quilibet qui ad eius no- titiã uel ſcientiã peruenerit proditionẽ uel tractatũ fieri contra ciuitatẽ uel comitatũ Piſauri: & eam uel eum illico cõmuni Piſauri nõ reuellauerit ſimili pœna condẽnetur. Et ꝙ ſi dãnũ aliquod ſiue maleficiũ factũ fuerit alicui perſone ciui uel diſtrictuali ci- uitatis Piſauri propter talẽ rebellationẽ proditionẽ uel guerrã teneantur tales rebelles & uniuerſitas dicti caſtri uel uille. Et quælibet ſpecialis pſona dicte uniuerſitatis in per petuum dãna & intereſſe in integrũ emendare oĩbus dãna recipientibus nulla remiſſio ne obſtante. Et ſi de prædictis aliquis accuſatus fuerit uel denunciatus uel a Poteſtate ſuſpectus habitus poſſit & debeat Poteſtas inquirere & tormentare/ac punire ad ſuam uoluntatẽ ſi apparuerit ſibi unũ teſtem uel per famã publicã uel plenam pſumptionẽ nõ obſtante aliquo ſtatuto incõtrarium loquente: & punire plus & minus ſuo arbitrio cõſiderata qlitate delicti: & pſone/caſſis oĩbus aliis ſtatutis cõtra pſens ſtatũ loquẽtibus.

Quod amiſſionẽ comitatus Piſauri tractare aliquis nõ pſũmat. rub. 38.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis Piſaurẽſis uel comitatinus eiuſdẽ uel alicuius quicũqꝫ palam uel clam tractauerit aut ordinauerit ſeu opem aut cõſiliũ dederit ꝙ cõmu ne Piſauri deſinat habere ſuũ comitatũ ſeu iuriſditionẽ eius uel partẽ de tanto exceſſu ſi conuictus fuerit illud facinus perpetraſſe uel atentaſſe: ita ꝙ per ipſum non ſtetiſſet & in fortiã cõmunis uenerit bona ſua oĩa publicentur cõmuni & in cõmune pueniãt. Et hoc ſine remedio cõſilii obſeruetur: & cuilibet competat accuſatio.

Quod cuſtodes decinarum & portarum teneantur capere uolentes tranſire uel uolentes uenire per ſtechatum uel murum ciuitatis. rub. 39.

STatuerunt etiã ꝙ omnes cuſtodes decinaꝝ & alii qui morantur de nocte ad cuſto diam portaꝝ: & alii cuſtodes: qui cuſtodiunt ſuperpoſtis circa muros ciuitatis & burgorum teneantur/& debeant uolẽtes intrare uel exire in ciuitatẽ & burgos ciuitatis Piſauri per muros ciuitatis detinere & capere & in fortiã Poteſtatis cõducere & ſue cu rie rumore aliquo elleuato/uel nõ elleuato pœna.xxv.lib. pro quolibet & qualibet uice.

De pœna intrantium in ciuitatem uel caſtra aliunde ꝗ per portas. rub. 40.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla perſona cuiuſcũqꝫ gradus & cõditionis exiſtat audeat uel præſũmat exire uel intrare ciuitatẽ Piſauri aut aliquod caſtrum de comitatu ipſius ciuitatis aliunde ꝗ per portas ipſius ciuitatis & caſtroꝝ patentes & apertas ſub pœ- na cuilibet contrafacienti: & uice qualibet ſi de die centũ lib. ꝗ. ſi de nocte ducentaꝝ

librarū raueñ. ſine diminutione uel remiſſione aliqua auferenda. Quā pœnam ſi delinquens nō ſoluerit ſeu ſoluere nō poterit infra decem dies poſtꝗ̄ fuerit cōdēnatus a die latæ ſententiæ cōputandos/ & in fortiā cōmunis eo tēpore fuerit amputeť ſibi pes dexter & nihilominus in carceribus dicti cōmunis per unū menſem continuū poſt dictā exequtionē perſonalē in eum factā debeat detineri. Si uero poſtꝗ̄ talis delinquēs cōdēnatus fuerit & in fortiā dicti cōmunis deuenerit quādocūq; & eius cōdēnationē infra decem dies poſtꝗ̄ captus & in fortiā dicti cōmunis ductus fuerit a die ſuę captionis huiuſmodi computandos nō ſoluerit ſeu ſoluere nō poterit pes dexter ſibi ſimiliter amputetur & in carceribus prædictis per dictum tempus unius menſis nihilominus remanere debeat: ut præfertur.

De pœna tranſeuntiū portum Piſauri noctis tēpore. rub. 41.

STatutum eſt etiā ꝙ nulla perſona audeat uel præſūmat noctis tēpore intrare uel exire portū ciuitatis Piſauri per flumē ſoleꝫ illud quomodolibet tranſeundo a pōte infra uſq; ad mare ſub pœna cuilibet contrafacienti & uice qualibet uigintiquinq; lib. ℞. ſine diminutione uel remiſſione aliqua perſoluenda. Quā pœnā ſi delinquens nō ſoluerit/ ſeu ſoluere nō poterit infra decē dies a die condēnationis latæ numerandos: & ullo tēpore in fortiā cōmunis prædicti deuenerit ſeu haberi poterit per totā dictā ciuitatē Piſauri debeat fuſtigari/ & fuſtibus loco dictę pecuniarię pœnæ modo debito cruciari/ ſaluo ꝙ liceat patronis nauigiorum & barcaꝝ in dicto portu exiſtentium ſeu nenietium/ ac ipſorum nautis ſiue marinariis necnō omnibus & ſingulis piſcatoribus qui actu piſcandi tranſire uoluerint tranſeundo per ipſum tam eundo ꝗ̄ redeundo intrando & exeundo prout eis circa ipſorum miniſteria oportunitas ſuadebit ſine pœna & banno ſiugula ſingulis referendo.

De pœna offendentiū officiales/ & de præmio eos capientiū. rub. 42.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſiquis fuerit tante temeritatis & audatię ꝙ cū aliquo genere armorum poteſtatē ciuitatis Piſauri ſiue eius Vicariū ſiue aliquē aliorū officialē aliquod officiū in dicta ciuitate & comitatu particulariter in capite percuſſerit & ex tali percuſſione ſanguis exiuerit ſiue liuor ſiue tumefacio apparuerit: ſi uulnus non fuerit enorme ſiue magnum in tercentis libris ſoluendis ſine remiſſione aliqua pro percuſſione qualibet condēnetur. Si uero uulnus fuerit magnum ſiue enorme uel periculoſum: morte tamen nō ſequta condemnetur in quingentis libris raueñ ſine remiſſiōne aliqua ut ſupra. Si uero militē uel aliquē ex notariis dicti Poteſtatis uel aliquē notarium uel ſubſtitutum alicuius alterius officialis iā dicti quis percuſſerit cū aliquo genere armorū ut præmittitur/ ſi ſanguis exiuerit & uulnus enorme nō fuerit in centū lib. ℞. pro qualibet percuſſione ſine remiſſione aliqua debeat condēnari. Si uero ſanguis exiuerit & uulnus enorme uel periculoſum fuerit: morte tamen nō ſequuta condēnetur in ducentis libris ℞. ſine remiſſione/ ut ſupra. Si autē tales percuſſiones fuerint ſine ſanguine liuore aut tumefatione condēnari debeat delinquēs in ſingulis capitulis ſupradictis in dimidia dictaꝝ pœnarum: quibus condēnari deberet ſi ſanguis exiret uel tumefatio facta eſſet eo caſu quo uulnus nō eſſet mortale uel periculoſum: & ꝙ in quolibet dictorum caſuum ſi talis delinquens condēnatus cōdēnationē ipſam infra quindecim dies a die ſententiæ latæ cōnumerandos integre & cū effectu nō ſoluerit & in fortiā cōmunis dictę ciuitatis

cte ciuitatis Piſauri deuenerit ſibi manus dextra debeat amputari & exinde facta contra talem dicta exequtione perſonali a dicta condēnatione pecuniaria remaneat abſolutus. Si uero aliquis Poteſtatē uel aliquem ex officialibus iam dictis manibus uacuis percuſſerit uel ipſoꝝ aliquē inſultauerit ſiue per perſonā cœperit ſeu manu uel pede percuſſerit impinſerit ſeu ſpadaſiauerit in dimidiā dictaꝝ primaꝝ pœnaꝝ immediate ſoluenda ſine remiſſione aliqua ut prædicitur referendo ſingula ſingulis pro unaquaqꝫ dictarum offenſionum uice qualibet debeat condēnari: quā pœnā ſi talis condēnatus infra dictū terminū octo dieꝝ poſt ſententiā latam nō ſoluerit & in fortiā cōmunis fuerit uel aliquo tempore deuenerit per totam dictam ciuitatē cum mitra in capite ut infamis debeat fuſtigari: & ea perſonali exequtione facta a dicte condēnationis ſolutione remaneat liberatus: declarantes expreſſe ꝙ officiales pro quoꝝ offenſionibus ſupra dicte pœnæ imponi debent ſint & intelligantur hii: uidelicet. Poteſtas prædictus/ eius Vicarius/ miles/ & notarii eiuſdem/ Vicarius gabellaꝝ/ officialis dānorū datorum/ cancellarius cōmunis/ officialis cuſtodie/ officialis exactionis collectarum/ capitanei caſtrorum comitatus & eoꝝ cuiuſcunqꝫ ipſoꝝ notarii uel ſubſtituti ſi quos notarios ex commiſſione/ uel conceſſione dñi uel eoꝝ electione habuerint/ etiam quilibet alius officialis: qui de cætero ad aliquod officiū in dicta ciuitate de nouo inſtitueretur & ordinate eligeretur. Sin autem ex talibus percuſſionibus aliquis ex dictis officialibus moriretur: ex quibus ſine dubio ex forma ſtatutoꝝ cōmunis Piſauri debeat capitali pœna puniri cuilibet liceat dictū delinquentē ubicunqꝫ & quandocūqꝫ ante uel poſt ſuā condēnationē capitalē capere & offendere & uulnerare/ ac morte afficere ſine pœna hoc addito ꝙ ſi quis dictū delinquentē tali pœna capitali dānatū uel condēnandum cœperit & in fortiam curie Poteſtatis duxerit & illum in manibus Poteſtatis prædicti uel ſuoꝝ officialium ligatū & uiuum conſignauerit centum ducatos auri a cōmune dicte ciuitatis ſibi illico per depoſitariū perſoluendos habere debeat. Si uero talē delinquentē interfecerit & de tali interfectione manifeſte docuerit quinquaginta ducatos auri a dicto cōi ſibi illico per depoſitariū prædictum perſoluenda habere debeat. Si uero quis cœperit aliquē qui dictos officiales uel eoꝝ alterū offendiderit ſiue percuſſerit citra mortem ut ſupra & illū captū in fortiā dicti cōmunis dicte ciuitatis & Poteſtati cōſignauerit uigintiquinqꝫ ducatos auri a dicto cōmuni habere debeat ut ſupra. Et pdicta locum habeant in pteritis & futuris. Et ꝙ pro habenda dicta pecunia quādocūqꝫ & quociēſcūqꝫ caſus euenerit & expediens fuerit imponat & exigat collecta tam in ciuitate q̄ in comitatu pro expenſis ſiue ſolutione huiuſmodi oportuna: quā collectā/ tam ex nunc q̄ ex tunc pro impoſita habeatur. Ita ꝙ de cætero aliqua alia deliberatione per conſiliarios nō ſit opus. Si uero aliquis iniuriaretur Poteſtati/ Iudici/ Militi/ Notario uel alicui de dicti Poteſtatis familia uel quomodocūqꝫ infamauerit eoſdem/ niſi probare poſſet: qd per eū improperaret uel impingeret eſſe uerū talis iniurians in triplum/ ꝙ condēnaret qui aliū iniuriatus eēt cōdēnet. Si uero tale delictū in ipm Poteſtatē ppetratū uel ſupradictos de ſua familia/ nō cōprehenderet expreſſe ſupra in pſenti ſtatuto cōdēnetur & condēnari debeat in duplū eius ꝙ cōdēnarent ſecūdū formā ſtatutoꝝ ſi alios offendiſſet. Quicūqꝫ aūt percuſſerit aliquē ex plazariis cōmunis uel comitatus Piſauri cū armis cū ſanguine cū iret uel eſſet ex cōmiſſione ad officiū exercendum condēnet in duplo eius quod condēnari deberet percutiens alium priuatum ciuem Piſauri.

De pœna fabricantis falſam monetam & fabricari facentium & eius qui ſcieter expendiderit. rub. 43.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſiquis monetam falſam fabricauerit uel cuderit propriis manibus aut fabricari uel cudi fecerit igne cōburatur. Si uero expendiderit monetam falſam per ſe uel alium ſcienter & conſuetus fuerit alias talia perpetrare & facere eadem pœna puniatur. Si uero quis ſcienter expendiderit/& nō conſuetus fuerit. Si expendiderit in quinquaginta lib. ꝶ. cōmuni cōdēnetur & abinde infra arbitrio Poteſtatis. Tonſor uero monetaꝝ & ſtoleator condēnetur in decem lib. ꝶ. ſi ſolutus nō fuerit talia facere. Si uero ſolitus fuerit condēnetur in quinquaginta libris taucū.

De pœna facientis falſum inſtrumentū: & eius qui fieri fecerit. Et qui carthā falſam dixerit & nō ꝓbauerit: & de pœna falſi inſtri. rub. 44.

STatuerunt etiā ꝙ ſiquis cartham falſam fecerit notarius ob tam graue ſcelus unā manum amittat: quā redimere poſſit quinquaginta lib. ꝶ. & officio notariatus to taliter ſit priuatus/& mitritur/& mitrā per totam ciuitatem portet: quā mitram redi mere non poſſit. Qui uero ſcribi fecerit vel mandauerit/auctor talis ſcripture in quinquaginta lib. ꝶ. condēnetur cōmuni ſine pacis remedio: & ultra prædictā pœnam mitritur per totam ciuitatē: quā redimere nō poſſit. Et ex tali ſcriptura nō poſſit ꝑpertuo excipi/neqꝫ agi. Et qui cartham falſam dixerit/& legitime probare non poterit cartham prædictā falſam eſſe/uel fuiſſe in decē lib. ꝶ. cōmuni condēnetur. Teſtis uero qui falſum teſtimoniū perhibuerit in uigintiquinqꝫ lib. ꝶ. cōmuni condēnetur ſine remedio pacis. Et nihilominus per totam ciuitatē fuſtibus fuſtigetur cum mitra in capi te. Si uero falſo inſtrumento uſus fuerit ſcienter in uigintiquinqꝫ lib. ꝶ. cōmuni condē netur/ſine remedio pacis: & cuilibet cōpetat accuſatio de prædictis illinc ad decem an nos a die ſcientiæ. Et ꝙ in falſitatibus pax nō admittatur. Et contrafaciens ad damna & intereſſe eoꝝ contra quos falſitas producta eſſet uel facta condēnetur.

De pœna falſificantis candelas ſpecies vel alia arromata. rub. 45.

ITem ſtatuerunt ꝙ quilibet artē cere & candelaꝝ exercens in ciuitate & comitatu Piſauri teneatur & debeat facere candelas & cereos de cera tantū ſine aliqua miſtura pœna & banno cuilibet contrafacienti centū ſol. ꝶ. pro qualibet libra ponderis. Et quilibet dictā artē exercens teneatur facere candelas & cereos quæ & qui habeant papiros de bombice tantū: & ꝙ ipſos papiros in aliquo nō debeant infundere. Et ꝙ teneantur/& debeant facere dictas candelas & cereos totos de eadē cera tam in parte interiori ꝗ exteriori: ita ꝙ nullā copertam facere poſſint. Et qui cōtrafecerit in aliquo ſupradictoꝝ a dicto uerſiculo. Et ꝙ quilibet dictā artē citra condēnetur cōmuni in cē tum ſol. ꝶ. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice. Et ꝙ ipſos papiros teneantur facere adeo lōgos ꝙ nō ſuperſit aliquid in capite papiri pœna & bāno quinqꝫ ſol. pro quolibet & qualibet uice. Et cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni ſi eum uno teſte probauerit.

De falſificante arromata. rub. 46.

STatutum eſt etiā ꝙ nullus arromatarius uel qualibet alia ꝑſona ſpecies uel arromata uendens audeat uel præſummat falſificare dictas ſpecies uel arromata pœna

& banno

& banno centum ſoldorum raueñ. pro qualibet libra falſificata & miles Poteſtatis teneatur & debeat diligenter inquirere de p̄dictis quolibet menſe ſui officii ſaltē ſemel.

De pœna corrumpentis aut corrumpere uolentis officiales. rub. 47.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus præſūmat corrumpere aut tēptare de corrumpendo aliquem officialē cōmunis Piſauri dando aut promittendo eidem aliquid & qui contrafecerit condēnetᷣ cōmuni in uigintiquinqꝫ lib. ꝝ. ſine remedio pacis & officialis qui receperit per ſe uel alium ſoluat nomine banni centum lib. raueñ. Et nihilominus ſi aliquid iniuſtum fecerit hoc prætextu teneatur ad damnum & intereſſe parti læſæ: & ſi ille qui corrumperit aut tentauerit de corrumpendo ſponte Poteſtati uel ſuis iudicibus manifeſtauerit uel detulerit anteq̄ ab aliquo fuerit accuſatus uel denunciatus a pœna prædicta ſit abſolutus & intelligatur etiā officialis corruptus quādo de eo quod de ſuo officio gratis facere debet preciū aliquod receperit. Et ꝙ Poteſtas & eius Vicarius/ ac gabellaꝝ Vicarius teneantur punire tales uolētes eos corrumpere pœna uigintiquinqꝫ libraꝝ ꝝ. Alii uero officiales teneantur manifeſtare Poteſtati tales uolentes eos corrūpere & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De pœna cōmittētis adulteriū uel ſtuprū cū muliere uolēte uel inuita. ru. 48

STatutum eſt etiā ꝙ ſi aliquis conuictus fuerit adulterium cōmiſiſſe cū aliqua muliere uolente in uigintiquinqꝫ lib. Si ſtuprum cū uidua in quinquaginta lib. raueñ. condēnetur. Si uero ſtuprum cū uirgine uolente in centum libris condēnetur/ niſi hoc parentes conſenſerint. Qui uero uirginem uel nuptā uel uiduam uel quālibet aliā mulierem per uim hoc eſt contra ipſius mulieris uoluntatē carnaliter cognouerit in amputatione capitis puniatᷣ: ſaluo niſi talem mulierē cognouerit cum qua poſſit matrimonium contrahere. Quo caſu ſi talem mulierē per ipſum uiolatā ſponſauerit per uerba de p̄ſenti & cū ea uolente matrimoniū contraxerit a ſupradicta pœna penitus abſoluatur. Et prædicta pœna ſibi locū nō uendicet ſi talis mulier tunc temporis uiolentiē eſſet publica meretrix uel palā quæſtū ſui corporis faceret & de hoc eſſet publica uox & fama in ciuitate uel comitatu Piſauri. Quæ quantū ad probandū ipſam meretricē uel quæſtū ſui corporis facere palā habeatur pro plena probatione: ſed ſolum hoc caſu condēnetur in centū lib. ꝝ. abſqꝫ alia diminutione. Si uero quis atentauerit aliquā mulierē per uim uel carnaliter cognoſcere/ & ad actum proximum uiolentie peruenerit licet eam carnaliter nō cognouerit puniatᷣ in centū libris ꝝ. nullo eidem beneficio ſtatutorum admiſſo. Excepto q̄ beneficio confeſſionis. Si uero pœna in qua cōdēnaretur uigore dicti maleficii attentati ſoluere nō poterit fuſtigari debeat per loca conſueta ciuitatis. Si uero mulier nupta conuicta fuerit adulterium cū aliquo cōmiſiſſe ſiue accuſata & condēnata fuerit de adulterio ſiue nō, perdat dotes ſuas: q̄ dotes applicentur filiis ſi filios habet: & ſi filios nō habet dotes applicentur marito ſuo. Si maritus tractauerit eam affectione maritali ſicut uir debet uxorem tractare alias cōmuni. Si quis deinceps inceſtum cōmiſerit cum matre uel filia ſorore carnali nepte ex filio uel filia uel cum auia quicunqꝫ tam maſculus q̄ fœmina capite puniantur/ ſi in fortiam cōmunis peruenerint. Si autē contumaces fuerint dicta pœna bāniantur & cōdēnentur & bona omnia publicentur. Si uero inceſtus cōmiſſus fuerit cum aliqua alia conſanguinea uſqꝫ ad tertiū gradū incluſiue tam maſculus q̄ fœmina cōdēnetᷣ in mile lib. ꝝ. Quas ſi nō ſoluerint īfra. xv. dies ſtent duobus annis in carceribus & bona ipſoꝝ publicentᷣ. Et eo•

dem modo puniatur inceſtus cõmiſſus cum comatre uel leuata de ſacro fonte. Si uero cum cõſanguinea cõmiſſus fuerit inceſtus in quarto gradu puniatur cõmittens in dimidia proxime dictæ pœnæ. Cõmittentes aũt inceſtũ in primo uel ſecũdo gradu primi generis affinitatis puniatur ad perpetuo ſtandum in carceribus cõmunis Piſauri & in publicatione omniũ bonorũ. Cõmittentes autẽ inceſtũ in tertio gradu uel quarto gradu affinitatis uel cũ nouerca in trecentũ libris, Q uã pœnã ſi nõ ſoluerint infra quindecim dies per totã ciuitatẽ fuſtigent. Et pdicta locũ habeant ſi cõmittentes ſciuerint ius uel factũ. Si uero ignorauerint utrũ probabiliter: tunc minus puniatur Iudicis arbitrio. Et in omnibus ſupradictis caſibus gradus cõputari debeant ſecundũ iura canonica. Cõmittentes autẽ crimen ſodomiticũ pœnis legalibus puniantur.

De eo qui duxerit uxorẽ alienã extra ciuitatẽ & comitatũ Piſauri. rub. 49.

Item ſtatuerunt ꝙ quicũq; acceperit & duxerit uxorẽ alienam extra ciuitatẽ & diſtrictum Piſauri inſcio marito malo modo nõ poſſit uiuente marito redire in ciuitatem & diſtrictũ Piſauri: niſi prius pacem habuerit ab eius marito: & nihilominus in quinquaginta libris ꝟ. cõmuni condẽnetur & plus arbitrio Poteſtatis: dũmodo tale arbitrium nõ excedat triplum dictæ quantitatis.

Quod maritus debeat uxorẽ affectione maritali tractare. rub. 50.

Statuerunt etiã ꝙ ſiquis iurauerit ſeu deſponſauerit aliquã mulierem per uerba de præſenti eam tractare teneatur pro uxore ſicut uir uxorem ſuã legitime tenere debet & qui cõntrafecerit puniatur arbitrio Poteſtatis & econuerſo.

Quod nullus accipiat uxorem ſcienter uiuente ea cum qua matrimonium contraxerit uel econuerſo. rub. 51.

Firmiter ſtatuerũt ꝙ nemo de cætero præſummat accipere uxorẽ ſi primo cũ aliqua alia matrimoniũ contraxerit: niſi prius diuortiũ inter eos iuridice fuerit celebratum: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni cõmuni Piſauri tercẽtas libras ꝟ. Et perpetuo ſit infamia & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni & alia medietas ſit communis. Mulier uero quæ paſſa fuerit hoc ſcienter extra ciuitatẽ & diſtrictum Piſauri expellatur. Et ſi fuerit uilis perſona ſcopetur. Quod ſtatutum obſeruet in ciuibus & comitatinis & habitantibus in ciuitate & comitatu Piſauri: & mulieribus contrafacientibus & ſemper competat accuſatio.

Quod nullus ludat ad azardũ uel ad alios ludos uetitos. rub. 52.

Statutum eſt etiã ꝙ nullus in ciuitate uel eius comitatu audeat uel pſummat modo aliquo uel ingenio ludere ad ludum azardi tabulaꝝ uel carthaꝝ uel ad uergettã uel ad aliquẽ ludum uetitũ a iure cõmuni: ad quẽ pecunia amittatur pterꝗ ad alios ludos nõ uetitos procedentes ex induſtria & nõ ad fortunam pœna centũ ſoldorum ꝟ. Ille uero qui in domo ppria uel cõducta paſſus fuerit prædictos ludos fieri pœna prædicta puniatur. Q ui uero in feſtiuitatibus Natiuitatis & Paſquatis luſerit ad prædicta luda prohibita puniatur in duplo pœnæ ſupradictæ. Et ſi prędicti ludentes in feſtiuitatibus prædictis uel alio tẽpore ut ſupra nõ habuerint unde ſoluãt fuſtigentur: & ꝙ prædicti ludi de cætero nõ uendantur. Et quilibet teneatur uinculo ſacramenti tales contentores præſentis ſtatuti denunciare & habeant medietatem banni & eius nomen teneatur in ſecretum. Inſpectores uero luſorum cõſueti ludere uel mutuare ad ludum uel dare taſillos uel tabulerios & ſit prouidentia officialis: qui conſueti ſint mutuare taſillos &

los &

los & tabulerios dare & domini domorum ſi præſentes fuerint & non contradixerint a die qua uiderint ludum fieri & luſores non denunciauerint/ ſeu accuſauerint pœna prædicta centum ſoldorum puniatur. Vendentes uel ementes uel retinentes in domo uel ſtatione ꝓpria uel cōducta aliquid de ꝓdictis: uȝ. taſillos tabulerios tabulas uel carthas ſimili pœna puniātur pro qualibet uice. Foreņſes de nouo uenientes teneant̃ ad dictas pœnas poſtq̃ fuerint moniti uel notitiā habuerint de prædictis uel habere debuerint. In Eccleſiis autē cimiterio uel loco ſacro nō liceat ullo tēpore ludere ad aliquē ludum dimicari tripudiare/aut cantilenas mundanas canere ſub pœna decem librarum pro quo libet & uice qualibet/nec prope dictas eccleſias cimiteriū uel locū ſacrū per ſpaciū uigînti pedū tēpore quo celebrant̃ officia diuina ſub pœna centum ſoldorum ꝶ. Et ſiquis perdiderit pecuniā uel pignorauerit uel aliquod pignus ſeu rem ad ludū aliquē uetitum per ꝓſens ſtatutū liceat dominis patribus patruis & cōſanguineis repetere pecuniam & res perditas uel pignoratas/hoc modo ſcilicet ꝙ credatur ſacramento petentis uſq; ad quantitatem ſexaginta ſoldorum & cum uno teſte credatur uſq; ad quantitatem librarum decem ꝶ. & cum duobus teſtibus credatur ſibi ad quantūcunq; quantitas aſcendat. Et ꝙ teneatur petens locum declarare in quo luſerit & prædictum ſtatutum locū habeat infra tres menſes a tempore ludi facti. Et hoc locum habeat in eo qui primo petiit in recōueniendo aūt nō habeat locum niſi iuridice probet. Et ꝙ Poteſtas cogat eum qui uicit anteq̃ diſcedat de palatio reſtituere parentibus dñis/familiaribus & amicis rē uel pecuniā amiſſam ſine libelli porrectione. Et ꝙ nullus ludens ad aliquod ludū pręſūmat uel atentet iniuriari uerbis patri uel matri pœna uiginti ſol. ꝶ. pro quolibet & qualibet uice & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatem banni.

De pœna mutuantium ludentibus & de pœna contrahentis cum male utentibus ſubſtantia ſua. rub. 53.

ITem ſtatuerunt ꝙ nemo audeat alicui de ciuitate uel comitatu Piſauri ludenti uel ludere uolenti ad tabulas uel ad azardum uel ad alios ludos pecuniā mutuare publice uel oculte tēpore dicti ludi uel ante ob cauſam ꝓdictam uel alias res eidē ludenti uel ludere uolenti comodare ut pignorare poſſit & exinde pecuniā cauſa ludēdi habere. Et quicunq; contrafecerit mutuando uel comodando: ut ſupra ludenti uel ludere uolenti ad ludos uetitos per formā ſtatutorum cōmunis Piſauri ſoluat nomine bāni uigintiquinq; libras ꝶ. & mutuatū comodatū uel creditum amittat & talis recipiēs nullatenus teneatur ad reſtitutionē mutuati comodati uel crediti publice uel oculte. Si uero ludenti uel ludere uolenti ad ludos nō uetitos per formā ſtatuti: tunc ſolū amittat mutuatū comodatū uel creditū ob cauſas ꝓdictas. Et talis recipiens nullatenus ad reſtitutionē teneat̃. Et ꝓdicta locū habeant ſi talis cui mutuatū comodatum uel creditum fuerit ſit talis qui conſuetus nō ſit facere male facta ſua/ſiue male uti ſubſtantia ſua & cuilibet competat accuſatio/ & habeat medietatē ſupradictę pœnæ uigintiquinq; librarum ꝶ. Si uero aliquis mutuauerit uel crediderit alicui male utenti ſubſtantia ſua/ſiue conſumenti bona ſua negligentia uel ad ludum azardi & tabulatium uel per alios modos illicitos in tabernis brigatis uel poſtribulis uel alibi uel alias cōtractum dictis occaſionibus fecerit cum eo condemnetur in uigintiquinq; lib. ꝶ. & contractus ſic habitus uel initus cum ſcriptura uel ſine ſit nullius ualoris uel momenti & talis male utens ſubſtantia ſua: nullatenus teneatur ad reſtitutionem eius: quod ad eum perueniſſet

ex tali contractu niſi probaretur in euidentē utilitatē eius conuerſum uel niſi tempore quo cōueniretur appareret illud quod ad eum perueniſſet ex tali cōtractu penes ſe haberet & ille intelligatur male facta ſua facere: de quo ſit publica uox & fama ꝙ male utatꝰ ſubſtantia ſua & dictis occaſionibus fieri intelligatꝰ ſi talis creditor nō ꝓbauerit dictum contractum ad utilitatem talis debitoris ex alia cauſa factū. Et ꝙ Poteſtas uel eius Vicarius ad petitionē cuiuſlibet cōſanguinei/ amici/ cōiuncti uel alterius humanitatis fide per duos teſtes nulla iuris ſolēnitate ſeruata ꝙ talis male ſubſtantia ſua utatur teneatur facere proclamari per publicū bānitorē per totā ciuitatē Piſauri in locis cōſuetis ꝙ nullus cū illo male utente ſubſtantia ſua poſſit uel debeat merchari uel cōtrahere modo aliquo uel ingenio niſi iuſta & euidenti cauſa & corā Iudice cōis Piſauri primitus ꝓbata & nullus tabernarius uel alia ꝑſona ipſi tali male utenti ſubſtantia ſua debeat dare potū uel cibū modo aliquo pœna decē lib. ꝗ. pro uice qualibet & perdat datum: & cuilibet cōpetat accuſatio in p̃ſenti ſtatuto & habeat medietatem bāni.

De pœna portantium arma: & qui ea licite portare poſſint. rub. 54.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus de ciuitate uel comitatu Piſauri/ ſiue habitator eorūdem audeat uel p̃ſūmat aliquod genus armoꝝ offenſibiliū palā uel oculte ꝑ dictā ciuitatē aut caſtra uel ꝑ territoriū dicte ciuitatis portare. Cōtrafaciēs uero ſiquidē arma palā portauerit in ciuitate uel caſtris aut ipſoꝝ aliquo pœnā centū ſol. ꝗ. incurrat Si uero in territorio uel diſtrictu p̃dictis dicta arma palā portauerit ut p̃dicitꝰ dimidiā dcē pœnæ. Si aūt oculte portauerit duplū ipſaꝝ pœnaꝝ in oibus ſupradictis caſibꝰ ſingula ſingulis referēdo pro ſingulis armis uice qualibet de facto: & ſine diminutione aliqua excepto beneficio cōfeſſionis ubi per militē nō repereretꝰ ſoluere compellatur. Si uero arma de nocte huiuſmodi portauerit duplū dictaꝝ pœnaꝝ tam ſimpliciū q̃ duplicaꝝ in quolibet caſuū de facto & ſine diminutione aliqua/ excepta ea parte quæ ſibi per beneficium cōfeſſionis admitteretur ubi per militē nō inueniretur pro armis ſingulis ſoluere teneatꝰ. Saluo tamen ꝙ cuilibet liceat portare cultellos ad uſum menſe aptos: nō tamen uno cōmuni palmo uel ſpanna longiores. Et etiā liceat portare aſtas iaculoꝝ: lanceaꝝ ſiue baculos: dūmodo nō ſint in aliqua ipſaꝝ ꝑte cū pūta ferrata & haſtis decētibus groſſiores: quarum omniū menſure & qualitates diſcretioni Poteſtatis uel ſuoꝝ officialiū declarande remaneant. Attenta ſemper mature cōditione deferentiū. Liceat etiā quibuſcūq; diebus debitis & horis cōgruis ſecures/ ronchas/ falcaſtra/ ſeghettos & ſingula alia inſtr̃a ferrea ſiue lignea ad aliquas artes mechanicas ſiue laboreria ruralia expediētia portare dū incedūt ad dicta laboreria ſiue artes: & ēt pro aliqua alia incidēti neceſſitate: ut puta ſiquis portauerit dicta inſtr̃a uel illoꝝ aliquod ad faciendū acuere uel arotare/ ſeu mutuo ab aliquo fuerint/ tunc accepta/ uel ab aliquo fabro ſiue ab aliquo alio quocunq; nomine ꝯſtanter ſint empta uel redēpta: aut aliqua alia neceſſaria cauſa portari ſeu reportari cōtingat: quæ diſcretioni Poteſtatis uel ſui Vicarii ſiue militis inſpecta q̃litate & cōditione portantis uidebitur conuenire baliſtas autē ſiue arcus cum uirettis a berſagliādo & polzonis liceat unicuiq; portare impune pro libito uoluntatis congruis tamen horis & decentibus. Liceat etiam becariis portare cultellos aptos ad ingulandum: & etiam magiſtris lignaminum cultellos aptos ad deſignandum pro eorum miniſteriis oportunis. Item liceat quibuſcunq; perſonis portare arma offenſibilia/ dum trahunt ſiue uadunt tempore ignis incenſi in aliqua domo: uel in aliquo alio quocunq; loco pro igne

huiuſmodi extinguēdo maxime cū pulſat̃ cāpana ad arma ſiue fieri cōtigerit bānimētū
& eadē ipunitas/ ſit & etiā licitū arma portantibus tēpore guerre ſiue diſcurſus hoſtiū
quoquomodo. Equitibus ēt itinerātibus ſeu itineratiis de loco ad locū enſem uel gladiū
portare ipune liceat pro libito uolūtatis. Eximētes ēt a pœnis p̄dictis oēs & ſingulos
infraſcriptos quibus liceat q̄cūq; arma portare pro libito uolūtatis. v3. Vicariū gabel
laꝝ officialē dānoꝝ datoꝝ: cācellariū cōis/ officialē exactionis collectaꝝ: capitaneos co
mitatus & oēs ſingulos ſupradictoꝝ & cuiuſcūq; ipſoꝝ notarios ſubſtitutos familiares
& domeſticos caſtellanos rochaꝝ/ & eoꝝ famulos/ cōreſtabiles/ & cuſtodes portaꝝ & cu
ſtodes nocturnos & diurnos tā ciuitatis q̄ comitatus officiales ad cuſtodiā portus deputa
tos & quoſcūq; etiā in futurū deputādos ad aliquod officiū & eoꝝ notarios & fami
liares/ ſtipendiarios etiā dñi uel tubatores cōis/ atq; ſingulos plazarios. Itē oēs & ſingu
los factores/ caſtaldos/ depoſitarios/ cancellarios/ prouiſionatos quoſcūq; & eoꝝ familia
res/ & domeſticos Illuſtriſſimi Dñi & quoſcunq; & eoꝝ familiares. Item omnes & ſin
gulos cōſiliarios ciuitatis piſauri & eoꝝ filios qui fuerint ætatis .xv. annorum & ultra.
Item datiarios & exactores datiorum gualdarios & cuſtodes comitatus ſuper deuetū.
Et ꝙ quilibet uolens extra diſtrictum & comitatū piſauri ire ſiue ex aliqua cauſa pro
ficiſci poſſit impune portare arma offenſibilia in eundo/ & redeundo tam per ciuitatē
q̄ caſtra q̄ per comitatū p̄dictū. Et oēs denunciatores uillaꝝ & caſtroꝝ comitatus pi
ſauri p̄ñtes & qui pro t̄pe fuerint teneant̃ & debeant ſingulis ſeptimanis in die quoad
denunciandū uenire ſunt ſoliti denunciare oēs & ſingulos quos ſciuerint uel audiuerint
arma portare cōtra formā p̄dictā ſub pœna centū ſol. ꝶ. cuilibet denūciatori qui cō
tra p̄dicta negligens fuerit: & nihilominus quilibet poſſit accuſare denunciare & eius
nomen teneatur in ſecretū. Et habeat pro p̄mio quartā partē bāni. Et ꝙ Poteſtas ha
beat ſiue hr̄e debeat quartā partē pœnæ ſiue pœnaꝝ ſoluendarū per illos: qui ab offi
cialibus ſiue familiaribus ipſius Poteſtatis reperti fuerint huiuſmodi arma ferentes con
tra formam præſentis ſtatuti in ſingulis capitulis ſupradictis.

Quod nullus uadat per ciuitatē poſt ſonū cāpane. rub. 55.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla pſona poſt pulſationē cāpane cōis quæ pulſat̃ de ſero ad
bathocos audeat ire per ciuitatē ſine lumine uſq; ad pulſationē cāpane eiuſdē: quæ
pulſat̃ pro ſigno diei pœna & bāno .xl. ſol. ꝶ. pro quolibet & qualibet uice auferenda
de facto cuilibet cōtrafaciēti cui beneficia ſtatutoꝝ eo caſu nō patrocinent̃ & cuilibet
cōpetat accuſatio: & habeat medietatem banni ſi ſuā accuſationē probare poterit per
unū teſtē/ exceptis cuſtodibus nocturnis qui ex debito officii ad hoc tenentur. Et ſi eā
nocte cōtingeret furtū fieri uel dānū dari in ciuitate teneant̃ inuēti ire ſine lumine ad
emēdationē furti dānoꝝ/ ſi nō reperirent̃ malefactores. Et inuēti de mane ꝓclament̃
ad feneſtras/ ſiquis uellet cōqueri de furto uel dāno ſibi dato. Et idē itelligat̃ in portu.

Quod nullus uadat per ciuitatem & burgos in habitu inconſueto poſt ſo
num campane. rub. 56.

STatuerunt etiā ꝙ quicūq; repertus fuerit ire per ciuitatē uel burgos poſt pulſatio
nē cāpane groſſe cōis quæ pulſatur in ſero uſq; ad pulſationē ipſius cāpane: quæ
pulſatur in mane in ſigno diei coopertus capite uel corpore ab inſueto in cētū ſol. ꝶ.
pro quolibet & qualibet uice puniat̃ & plus & minus arbitrio Poteſtatis: cōſiderata cō
ditione perſone & qualitate negocii. In forenſibus aūt pœnæ p̄dicte duplicentur.

De campana pulſanda de mane & de ſero. rub. 57.

ITem ſtatuerunt ꝙ Poteſtas & ſua curia qui pro tpe fuerit trinā pulſationē groſſe campane quæ pulſatur de ſero pulſari facere teneatur/ad bathocos & per magnā horā cāpanā groſſam ad hoc ut aliquis a dicto ſono in antea nō audeat per ciuitatem ſine lumine nec ignorantiā poſſet prætendere & a dicto ſono retro uſqȝ ad ſonū dicte campane: quæ de mane pulſatur in ſigno diei pro nocte habeatur.

Quod nox intelligatur modo infraſcripto. rub. 58.

STatuerunt etiā ꝙ Poteſtas qui pro tēpore fuerit teneat̃: & debeat uinculo ſacramēti facere pulſari ſingulis noctibus iuxta diē cāpanā cōis ad bathocos anteq̃ pulſet cāpana magna pro licentiādis cuſtodibus ad hoc ut laboratores & cōducētes eoſdē poſſint ad dictū ſonū cōuenire & per ciuitatē ire ſine pœna & uſqȝ ad dictū ſonū cāpane a pulſatione eiuſdem: quæ pulſatur de ſero nox intelligatur.

De eo qui ſtudioſe inuaſerit poſſeſſionem alterius. rub. 59.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ ſiquis inuaſerit ſtudioſe poſſeſſionē alicuius ſua propria auctoritate cōdēnet̃ cōi in decē lib. ꝟ. & poſſeſſionē non īmutet ab eo qui primo poſſidebat/& hoc ſi ſine ui poſſeſſionē ꝑdictā inuaſerit. Si uero ui puniat̃ in triplo dicte quantitatis. Et Poteſtas teneatur poſſidentē in poſſeſſione defendere eū accuſatione: & ſine & ante accuſationē & poſt & ſine ſcriptura denunciato hoc Poteſtati & ſue curie a poſſeſſore & ꝙ ſuper tali poſſeſſorio teſtes poſſint recipi lite nō cōteſtata dato termino a Iudice ſuper tali poſſeſſorio probando.

De eo qui uim fecerit in poſſeſſionem datam per Poteſtatē rub. 60.

ITem ſtatuerūt ꝙ ſiquis uim fecerit in poſſeſſione data iuridice a Poteſtate uel eius officialibus puniat̃ uice q̄libet in duobus ſol. ꝟ. pro libra extimationis rei in qua uim fecerit cōi Piſauri applicāda. Et inſuper iuret ꝙ nō inquietabit nec inquietari faciet dictā poſſeſſionē/niſi per libelli porrectionē. Et nihilominus teneatur Poteſtas ipm cui uis fuit illata defendere in tenuta & poſſeſſione dicte rei ſine libelli porrectione.

Quod licitum ſit poſſidenti conuocare amicos conſanguineos etiam ex interuallo pro uiolentia propulſanda. rub. 61.

STatutum eſt etiā ꝙ ſi in futurū cōtigerit ꝙ aliqua perſona faceret aliquā uim in poſſeſſione alicuius rei: quā aliquis poſſideret uel in ea poſſeſſione cōtra uoluntatē poſſidētis ſtaret ꝙ tunc liceat tali poſſidēti incōtineti & ex interuallo tēporis inuenire amicos & cōſanguineos ad reſiſtendum tali perſone uiolentiā inferre uolenti. Etiā ſine licentia rectoris uel Poteſtatis nullo iure obſtante.

Quod nullus eques uel pedes uadat in auxilium alicuius rub. 62.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ nullus eques uel pedes per terrā uel per aquā manu armata in auxiliū alicuius contra aliquē in ciuitate Piſauri uel comitatu piſauri uel alibi ad dānū uel iniuriā faciendā uadat uel mittat ſine licentia Poteſtatis uel ſuoꝝ officialium: & qui cōtrafecerit eques in centū libris ꝟ. pedes uero in quinquaginta cōmuni condēnetur & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatem banni.

Quod nullus expugnet naues alicuius. rub. 63.

ITem ſtatuerunt quod infra diſtrictū piſauri aliquis nauē alicuius nō expugnet uel deprehendat/niſi eſſet inimicorum cōmunis piſauri nec alicui patiēti naufragium aliquid auferat uel iniuriā faciat. Et qui cōtrafecerit in.xxv. lib. ꝟ. cōmuni condēnetur

& ablata

& ablata reſtituat duplicata/ & ſi nõ habuerit unde ſoluat arbitrio Poteſtatis in pſona puniatur: & ſi de naue fuerit aliquod proiectum uel deiectum & inuentum per aliquẽ: reſtituatur: & ſi ille qui inuenerit/ & requiſitus inuenta non reſtituerit in centum ſol. ꝑ. cõmuni condẽnetur & inuenta reſtituat duplicata. Et pro ſuo labore fiat ſatiſfactio arbitrio Iudicis: & cuilibet competat accuſatio.

De iniuriis a mulieribus factis. rub. 64.

STatuerunt etiam ꝙ deinceps ubi alique iniurie/ percuſſiones/ uel offenſe interuenerint facte & cõmiſſe /a/ mulieribus banna & condẽnationes & capita ſoldorum ab eis pro dimidia auferantur: & non intelligatur in adulteriis/ homicidiis & latrociniis: de quibus condemnetur tanquam mares.

De pœna euntium ad ſorores. rub. 65.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus homo maſculus terrigena uel forenſis audeat uel pſũmat ire ad monaſteria monialium ſancte Claræ & ſancte Marie Magdalene & ſancte Catherine de Piſauro & ad ipſa loca ſe approximare & muros/ hoſtia/ uel feneſtras dictoꝝ locoꝝ quoquo modo frangere palã uel oculte in eorũq; loca intrare aut praticare ſine licentia ſuoꝝ ſuperiorum: & qui cõtrafecerit uice qualibet in .xxv. lib. ꝑ. cõi Piſauri cõdẽnet: cuius medietas ſit accuſatoris & alia cõis. Et etiã de pdictis rimari debeat per militẽ dum per ciuitatẽ eũ rimari cõtigerit de aliis extraordinariis & infragrãti delicto reperti per eum de facto cõpellantur ad ſolutionẽ dicte pœnæ. Excipiẽtes tñ uilicos & familiares dictaꝝ monialiũ: qui uere uilici ſint & famuli habẽtes curã de eoꝝ poſſeſſionibus & cũ eoꝝ animalibus afferentes ligna aliaq; eis neceſſaria ad quotidianum uſum ipſaꝝ: quibus licitũ ſit honeſte ire & in dictis monaſteriis libere & impune praticare: dũmodo aliqua inhoneſta pro huiuſmodi cõuerſatione minime faciãt uel cõmittant.

De pœna prohicientis aliquid de turri uel domo. rub. 66.

STatutum eſt ẽt ꝙ ſi de aliqua turri aliquid proiectũ fuerit ille cuius turris fuerit condẽnet in .xxv. lib. ꝑ. ſi de eius uoluntate proiectũ fuerit: quas ſi nõ ſoluerit dicta turris uſq; ad fundamentũ in terrã eiiciatur: & ſi de domo alicuius fuerit proiectũ aliquid ille cuius domus fuerit in .xxv. lib. ꝑ. cõi condẽnetur ſi de uoluntate eius cuius fuerit domus ꝓiectum fuerit animo nocendi alicui uel faciẽdi rixã: & hoc intelligatur in ciuitate & caſtris comitatus Piſauri. Verũ ſi de aliis turribus uel domibus poſitis in poſſeſſionibus aliquoꝝ aliquis lapis proieceret ſoluat ille qui ꝓiecit noie bãni .x. lib. ꝑ. Et hoc niſi proiecerit eis qui uellent iniuriã uel offenſam facere. Si uero de turri uel domo aliquid proiectũ fuerit: nõ tñ doloſe & animo nocẽdi: tũc ſoluat noie bãni .xx. ſol. niſi ex tali proitione aliquis percuſſus fuerit quo caſu nõ obſtãte ꝙ animo ꝓiciẽdi nõ proiecerit: nihilominus cõdẽnet pœnã cõtenta in ſtatutis loquẽtibus de ꝑcuſſionibus.

Quod nullus pallotet uel baliſtet uel aliquo alio modo prohiciat ad domos uel palumbarios ciuitatis uel comitatus Piſauri. rub. 67.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat audeat ſeu præſumat pallotare/ baliſtare/ ſclopetare/ ſeu aliquo alio modo & ſeu forma prohicere aliquod genus lapidum ſeu armorum ad domos ſeu palumbarios ciuitatis uel comitatus Piſauri pro columbis tam domeſticis q̃ ſaluaticis occidendis: pœna & banno quinquaginta ſol. pro qualibet uice occidendo uel nõ occidendo dictos columbos: & cuilibet competat accuſatio.

De eo qui baliſtrauerit uel ſagittauerit alicui animo nocendi/ & animalia alicuius percuſſerit uel uaſtauerit. rub. 68.

STatuerūt etiā ꝙ nullus in ciuitate & diſtrictu Piſauri audeat uel pſūmat baliſtrare uel ſagittare animo nocendi alicui in pſona pœna & bāno.xxv.lib.ꝟ.ſi eū nō percuſſerit: ſi uero eum percuſſerit in quinquaginta lib. ꝟ. & ſi non habuerit unde ſoluat manum amittat. Si uero baliſtando ſagittando uel prohiciēdo aliquod animal percuſſerit extimatū centum ſol. ꝟ. uel abinde ſupra uel aliquo alio modo percuſſerit & ex tali percuſſione mortuum fuerit tale animal/ tunc cōtrafaciens in centum ſol. ꝟ. cōmuni cōdemnetur & dānum emēdet ſemper. Si uero animal fuit extimationis a centum ſol. ꝟ. infra: tunc contrafaciens uiginti ſol. ꝟ. cōmuni perſoluat & dānum emendet & plus & minus arbitrio Poteſtatis inſpecta qualitate animalium mortuorum uel auium.

De negatione/ & mutatione nois: & cōuictis in mēdatio. rub. 69.

ITem ſtatutum eſt ut/a/quolibet ueritas habeatur ꝙ quicunq; interrogatus fuerit /a/ Poteſtate iudicibus milite uel notario Poteſtatis/ ſeu alio officiali cōis Piſauri ꝙ dicat nomen ſuū: & ipſe negauerit nomen ſuū/ uel nō dixerit/ ſeu aliud nomen dixerit: pro qualibet uice in centū ſol. ꝟ. cōmuni cōdēnet & plus & minus ſecundū perſonaꝝ & negocii qualitatē. Et ſimili modo quicūq; fuerit interrogatus ab aliquo officiali cōmunis Piſauri ſuper aliquo facto ꝙ dicat ueritatē: & inuētus fuerit nō dicere ueritatē & cōuictus fuerit de mendatio iuridice in decē ſol. ꝟ. uice qualibet cōmuni cōdēnet & plus & minus arbitrio officialis ſecundum negocii qualitatē. Et idē in poſitionibus in iudicio productis & hoc habeat locū in proprio facto ſuo tantū. Et pdicta nō uendicent ſibi locū quando aliquis ſe excuſando ab aliqua accuſatione inquiſitione uel denūciatione negaret cōtenta in dictis accuſatione/ denunciatione/ uel inquiſitione quo caſu in nihilo puniat pro tali negatione: etiā ſi de mendatio & piurio cōuictus fuerit.

De eo qui uendiderit rem duobus. rub. 70.

STatutum & ordinatū eſt ꝙ quicunq; uendiderit ſeu aliquo alio titulo alienauerit rem imobilē aliquam duobus: ꝙ ſemper primus emptor ſeu qui primo huiuſmodi alienationē receperit/ pferatur ſecundo emptori & ſeu ſecundario loco alienationē recipienti/ tā in dominio ꝗ in poſſeſſione: etiā ꝙ ſecundus emptor ſeu ſecundario loco alienationē recipiēs/ prius poſſeſſionē & tenutam rei uendite & ſeu alienate/ nactus & ſeu adeptus fuerit. Adeo ꝙ tali caſu/ ſecūda alienatio nulla ſit & eſſe intelligat: & pinde ac ſi facta nō fuiſſet habeatur uigore pſentis ſtatuti: & nihilominus talis uenditor in huiuſmodi caſu: teneat dupplicatū pcium reſtituere/ & ſeu exburſare/ ſecundo emptori. Et hoc quo ad bona ſtabilia prout ſupra expreſſum eſt. Et ultra pdicta qualibet uice talis uenditor cōdēnet cōmuni in decē libris: quo uero ad bona mobilia ſeruari debeat ius cōmune: hoc tñ intellecto/ ꝙ dictū pcium duplicatū/ refundere teneatur uenditor pdictus primo emptori ſi rem uendiram eidem dare nō potuerit. Et inſuper pœnam prædictam incurrat prout ſupra. Et hoc ſtatutum habeat locum in futurum: & ſic poſt impreſſionem uoluminis præſentium ſtatutorum.

De eo qui imiſerit ignē in domo uel rebus alicuius. rub. 71.

ITem ſtatuerunt ꝙ quicunq; miſerit ignē ſcienter & doloſe in domo uel rebus alicuius & ex ipſa ignis miſſione mors alicuius ſubſequeret uel aliquis homo cōburetur incendiū faciens uel ignē mittēs igne cōburatur. Si uero aliquis nō moriatur ex

tali

tali incendio: tunc ille qui incendium fecerit ſi fuerit in ciuitate uel burgis ſoluat nomine bãni ducentas lib. ꝑ. Si fuerit extra ciuitatẽ & burgos ſoluat nomine bãni centum lib. ꝑ. & dãnum & intereſſe/ & credatur ſacramẽto dãnum paſſi. Et ſi nõ habuerit unde ſoluat manus & pes amputetur ſibi: & idem intelligatur in incendiis barcharum & cumulatum grani cuiuſcũq; bladi ſicut in incendio extra ciuitatem uel burgos facto: & quicunq; ignẽ imiſerit in paleariis/ & aliis ſimilibus cõdẽnet̃ in uigintiquinq; lib. ꝑ. Et dãnum ſemper emendet: & ꝙ in prædictis pax nõ admittatur: & cuilibet competat accuſatio. Si uero quis doloſe ignẽ nõ miſerit: ſed eius culpa leui & leuiſſima incendiũ exortum fuerit ſolum teneatur ad emendationem dãni.

De nõ portando de loco ad locum ignem: niſi in pignattis. rub. 72.

ITem ſtatuerunt ꝙ nemo audeat uel præſummat portare ignem ab una domo in aliã domũ niſi cũ candela in lanterna uel prunas in pignatta uel paraſide coperta. Et ſiquis contrafecerit in decem ſol. ꝑ. cõmuni condẽnetur pro qualibet uice: & cuilibet competat accuſatio/ & habeat medietatem banni.

Quod in platea magna cõmunis nõ poſſint morari tricoli. rub. 73.

VT platea magna Piſauri ſit ab omni fœtore ac putredine prout eſſe decet cõtinue mundificata. Statuerunt & ordinauerunt ꝙ de cætero in dicta platea cõiter ac ẽt in appothecis & ſtazonibus habẽtibus exitũ in platea nõ poſſint nec debeãt morari aut habitare tricoli nec pſone alique artẽ tricolarie exercẽtes: aut aliquã alia artẽ ſeu magiſteriũ pp quã ſeu pp ꝙ fetor ſeu putredo aliqua olofaceret ſeu afficeret dictã plateã ſeu perſonas in dicta platea cõuerſantes: & qui cõtrafecerit ſoluat qualibet uice lib. x. ꝑ. & poſſit & debeat expelli. Excipiẽtes tñ tricolos portantes bancos ad uendendum in platea tẽpore quo ſit mercatũ: uidelicet in diebus mercurii & ſabbati.

De fornariis & panuendulis debentibus facere panẽ ad ſufficientiã & ad pondus declarandum in prouiſionibus panis. rub. 74.

STatuerunt ꝙ fornarii & panuẽduli teneant̃ & debeãt oĩ tpe facere panẽ affioratũ & groſſettũ bonitatis & põderis ꝑut in ꝓuiſionibus panis declarabit̃: ſub pœna & ad pœnã quinq; ſol. ꝑ. pro qualibet piza panis quæ inueniret̃ eſſe minoris ponderis: & amiſſione panis: nõ habito tñ reſpectu in media uncia uel ſimili minima quantitate in una piza panis quãtũ ad incurſionẽ pœnæ ꝑdictę: applicãda pro dimidia camere & ꝑ alia denũciatori & officiali faciẽti executionẽ. Adiciẽtes inſup ꝙ dicti fornarii & pannenduli poſſint ſi uoluerint facere panẽ boſſettũ & ferariẽſem: dũmodo reſpõdeat ſeu reſpondeant ad pondus: ſexte partis minus quo reſpõdere debet panis affioratus: & ſi ſecus inuentũ fuerit incidãt in pœnã ſupraſcriptã applicandã ut ſupra.

Q᷑ nullus tricolus ſeu reuẽditor poſſit emere uiſchiũ nec comeſtibilia. ru. 75

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus tricolus ſeu reuenditor poſſit aut ualeat emere ſeu aliquo alio modo & titulo aquirere aliquã q̃titatẽ uiſchii pro inuiſcãdis uineis nec aliqua comeſtibilia ueniẽtia in portu ſeu ciuitate Piſauri. Niſi primo dicte res ſteterint in dicto portu ſeu ciuitate per tres dies ad minus: ſub pœna decẽ lib. ꝑ. & amiſſionis rei empte pro medietate applicãda camere & pro quarta parte accuſatori & pro alia quarta parte officiali qui fecerit executionẽ: & caſu quo cõductor taliũ reꝝ nollet exonerare dictas res in portu ſeu ipſas cõducere in ciuitate: ſed uellet eadẽ die diſcedere: tũc & eo caſu dicti tricoli ac reuenderoli poſſint ac ualeãt dictas res emere cũ liceẽtia tñ Dñoꝝ re-

gulatorũ: ꝗ ſi ſecus factum fuerit incidant in dictam pœnam ut ſupra applicandam.

De pœna medicantium ſine licentia. rub. 76.

Quia ex imperitia medicoꝝ humana corpora ſæpe infliguntur. Ideo ſtatutũ & ordinatũ eſt ꝗ nulli liceat in ciuitate Piſauri ac toto eius territorio arté medicine & phiſices exercere: & ſe pro medico/phiſico gerere/niſi in dicta arte fuerit doctoratus/uel /a/ conſilio dicte ciuitatis licentiam obtinuerit: ſub pœna quinquaginta lib. ꝶ. pro quolibet contrafaciente: & cuilibet competat accuſatio.

Qđ nullus habeat hoſtiũ in muro ciuitatis per qđ poſſit intrari. rub. 77.

Item ſtatuerunt ꝗ oẽs habentes hoſtia in muro ciuitatis Piſauri per quæ poſſit intrari uel exiri ciuitaté debeant & teneantur ipſa claudere & murare de bono muro prætæ & calcine infra unũ mẽſem /a/ die publicationis ꝑſentis ſtatuti: & hoc etiã intelligatur in feneſtris. Et Poteſtas teneatur de ꝑdictis quolibet menſe inquiri facere: & qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni centum lib. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio.

De ortis & edificiis nõ habendis iuxta muros ciuitatis. rub. 78.

Statuerunt etiã ꝗ nullus de cætero audeat uel præſũmat ortũ facere edificare uel murare prope muros ciuitatis Piſauri per quindecim pedes ad hoc ut circumcirca prope dictos muros ſit liber aditus & ſtrata pro defenſione murorum: & qui contrafecerit puniatur de facto in quadraginta lib. rauẽ. omni iuris ſolẽnitate obmiſſa. Et nihilominus tale edificium & ortus penitus deſtruatur & eadẽ pœna modis & forma cõpellantur omnes qui haberent ad præſens muros ortos & edificia prope muros dicte ciuitatis intra ſpacium decem pedum ꝗ ſpacium libere remaneat pro cõmodo & defenſione dicte ciuitatis. Ita tamen ꝗ ſi dicte ſtrate ad præſens ſunt maiores decem pedũ latitudinis nõ reducantur ad minus ut ſupra in principio. Et ſi Poteſtas fuerit negligens in inquirendo de cõtrafacientibus & eoſdem puniendo ipſo facto incidat in pœnam uigintiquinq; lib. rauẽ. ſibi de ſuo ſalario retinendam.

Quod quilibet debeat ſuã turrim reſarcire & domum. rub. 79.

Item ſtatuerunt ꝗ ſiquis habuerit aliquã turrim uel domum aliquã in ciuitate Piſauri & eius burgis: quæ minaretur ruinam debeat talis reſarciri facere & aptare. Ita ꝗ homines poſſint ſub ipſis ſine metu & leſione tranſire & ſtare & habeat locũ in oĩbus turribus palatiis & domibus in ciuitate & burgis exiſtentibus ita & taliter ꝗ nõ ualeant in domibus alioꝝ: nec in perſonis & rebus leſionẽ facere ullo modo: & qui cõtrafecerit in decẽ lib. cõmuni cõdẽnet᷑. Et ꝗ oẽs habẽtes domos ſeu terrena in ciuitate & burgis Piſauri iuxta ſtratas & uias publicas teneant᷑ facere murari faciẽ anteriorem iuxta ſtratas infra annũ /a/ die publicationis ꝑſentis ſtatuti in antea eũ muro alto adminus. xii. pedibus. Quod tñ nõ intelligatur in burgo ſancti Erachiani quia ſunt pauperes: ſed remaneat arbitrio Poteſtatis qui prouideat paupertati. Et ꝗ Poteſtas teneat᷑ uinculo ſacramenti obſeruari facere ꝑſens ſtatutum tẽpore ſui regiminis.

Quod nullus teneat aquarium ſuper uia nec aquam de feneſtra uel hoſtio prohiciat. rub. 80.

Statutũ eſt etiã ꝗ nullus teneat aquariũ ſupra uias publicas uel uicinales per quas hoĩes frequẽter uadunt: & qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni. xl. ſol. ꝶ. & claudere teneatur ita ꝗ nullo modo aqua fluat & ſemper tenere debeat aquariũ taliter ordinatũ in domo ſua: ita ꝗ nemini eunti per uiam nec conuicinis iniuriam faciat. Et ꝗ nulla

perſonā debeat ullo modo aquā nec aliquam aliam bruttură de ſpalto extrā uel hoſtio proicere in plateas publicas uel uicinales: nec aquā fetidā in andronibus uicinoꝝ: ita ꝙ iniuriā faciat conuicinis uel euntibus per uias: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni quadraginta ſoldos ꝑ. & ſuper aquis fetidis & brutturis proiectis in andronibus cū uicinoꝝ teneatur Poteſtas & ſua curia mittere plazarios cōmunis ad uidendum ad petitionē cuiuſlibet petentis. Et ſi inuenerint aliquē contrafacientem: tunc Poteſtas procedat ad dictam pœnā exigendam & ſtetur dicto præconis ſui plazarii.

De neceſſariis ſuper ſtratis nō tenēdis nec iuxta muros ciuitatis. rub. 81.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus infra ciuitatē Piſauri audeat facere ſediū uel neceſſariū aliquod ſuper terrā quod inferat alicui iniuriā de cōtrata uel putredo ipſius reſpondeat ad ſtratas publicas: & idem intelligatur in burgis & ſuburgis ciuitatis Piſauri. Et qui contrafecerit ſoluat noīe bāni centū ſoldos ꝑ. & facta deſtruanť. Et ꝙ nullus audeat facere neceſſariū uel ſedile in aliqua parte muri ciuitatis Piſauri. Et qui contrafecerit ſoluat nomine bāni centum ſoldos rauen. Et ſi quod factum reperiretur teneatur ille cuius eſt claudere & clauſum tenere uſ ad terram ita ꝙ ex ipſo aliquis nō poſſint iniuriam ſubſtinere: & qui contrafecerit pœna annotata puniatur.

Quod nullus claudat ſchalas in muro cōmunis. rub. 82.

STatutum eſt etiam ꝙ nullus ſchalas ſeruiētes muro ciuitatis claudere debeat nec impedire & ſiquis poſitum eſſet pro claudendo dictas ſchalas infra octo dies a die publicationis huius ſtatuti debeat amouere & tolli ab eo quod poſuerit: & qui contra fecerit ſoluat nomine banni centum ſoldos rauen.

De actione nulli forenſi uendenda. rub. 83.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus de ciuitate Piſauri uel eius diſtrictu alicui forenſi nec alii qui nō ſubſit iuriſdictioni Poteſtatis & cōmunis Piſauri nulla habita diſtinctione cuiuſcū coditionis & ſtatus exiſtat recipiēs ceſſionē audeat uel præſūmat aliquod ius uel actionē ſibi cōpetens aut cōpetentē ex quacū cauſa uendere cedere ſeu mandare: & qui cōtrafecerit in uigintiquin lib. ꝑ. cōmuni condēnetur & cadat iure ſuo & ipſa uenditio actio & ius ceſſum ſit ipſo iure nulla & ex ipſis nō poſſit agi / ne excipi & nullus ciuis uel diſtrictualis Piſauri talē forenſem uel aliū: qui ius uel actionē in ſe ſuſceperit in domo ſua ſciēter recipiat: nec aliqua uictualia ſibi præſtet: & cuilibet liceat tale ius uel actionē recipientem offendere ubi ſine metu pœnæ in rebus & perſonis: & quicū ſcienter receperit ipſum uice qualibet in decē lib. ꝑ. cōi cōdēneť & cedens actionē teneatur eum in quē ius / uel actio ceſſa fuerit indēnē conſeruare & de ꝑdictis ſemper cōpetat accuſatio: & hoc locum habeat inter ciues & comitatinos Piſauri.

Quod nullus actionē inueniat cōtra aliquē poſſidentē. rub. 84.

STatuerunt etiā ꝙ nullus nobilis ſeu maior exiſtens potentia / ſcientia uel diuitiis & cōtra quē ius uel actionē inuenerit præſūmat cōtra aliquē iuſto titulo poſſidētem ius uel actionē inuenire in reali uel perſonali uel aliis iuribus quibuſcun: & qui cōtrafecerit a iure quæſito cadat ipſo facto ſeu ſit ipſo iure nullus. Et nihilominus huiuſmodi ius uel actionē aquirens in decē libris ꝑ. cōmuni Piſauri condēneť: & cedens eidem ius & actionē eadem pœna puniatur: & cuilibet competat accuſatio.

De donis & cõuitis propter nuptias & de modo nuptiaꝝ. rub. 85.

ITem ſtatuerunt ꝙ tẽpore nuptiaꝝ & ſponſalitioꝝ fiendaꝝ in ciuitate & comitatu Piſauri nulla pſona cuiuſcũq; cõditionis exiſtat poſſit uel debeat palã uel oculte aliquid donare per ſe uel interpoſitã pſonã quocũq; colore quæſito uel dare alicui ſpõſæ uel alicui alteri de domo ſponſæ uel ſponſi: & cõtrafaciens uice qualibet & quolibet dono donantis: & recipientis in centũ ſol. ꝝ. cõmuni condẽnet. Et ꝙ dicta ſponſa ad domũ ſpõſi cũ honore & leticia traducatur: & nullus homo nec aliqua mulier debeat ſtare uel morari ad comedendũ ad nuptias in domo ſponſi/ niſi quatuor de proximioribus eoꝝ cõſanguineis ex utraq; parte ſi uoluerint. Et nuptie intelligant a die ductionis ſponſæ ad domũ ſponſi uſq; ad decẽ dies. Et qui cõtrafecerit tam maſculus ꝗ fœmina in centũ ſol. ꝝ. cõmuni cõdẽnet: & ſponſus ſeu pater ſponſi qui cõtrafecerit uel aliquẽ ſiue aliquã ultra dictũ numerũ cõuitauerit ad donandũ ſibi uel ad comedendũ in decẽ lib. ꝝ. cõmuni condẽnet & pro quolibet dono recepto & hoie & muliere cõuitata uel nõ. Quæ cõdẽnatio exigi poſſit per Poteſtatẽ & eius officiales a cõtrafacientibus nulla iuris ſolẽnitate ſeruata. Et ꝙ de pdictis Poteſtas inquiri facere teneatur per ſuos officiales tẽpore nuptiaꝝ: & nihilominus cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni/ ſi hoc probauerit per unũ teſtẽ. Et ꝙ dictum eſt de ſponſo & domo eius & patre eius idẽ intelligat de patre ſponſæ & eius domo. Et Poteſtas teneat quolibet anno in kal. Ianuarii in cõſilio generali iurari facere oẽs cõſiliarios dicti cõſilii ꝙ dictum ſtatutũ ſeruabunt & nõ cõtrauenient in aliquo. Itẽ quia cõueniens eſt ꝙ tpe triſtitie hoies nõ letentur ſtatuerũt ꝙ tẽpore quo aliquis uel aliqua morietur in ciuitate uel comitatu Piſauri in domo alicuius nulla perſona poſſit nec debeat ire ad comedendum ad domũ ubi eſt luctus deinde ad octo dies exceptis quatuor de ſuis proximioribus maſculis & fœminis ab utraq; parte ſub pœna prædicta: & cuilibet cõpetat accuſatio. Et ꝙ omnes pœnæ quæ a facientibus contra præſens ſtatutum exigerentur conuerti debeant in murando muro ciuitatis.

De modo & forma ſepeliendi mortuos. rub. 86.

STatutum eſt etiã ꝙ de cætero nulla perſona cuiuſcũq; cõditionis exiſtat audeat uel pſũmat in funere cuiuſcũq; defunti tenere uel portare ſeu teneri uel portari facere ultra quatuor duplerios ſiue cereos ponderis libraꝝ quatuor pro quolibet duplerio ſiue cereo / nec audeat uel pſũmat expendere uel diſtribuere inter clericos & fratres qui interfuerint dicte ſepulture ultra. xxv. libras cere ultra pdictos cereos ſub pœna quinquaginta lib. ꝝ. ſibi de facto auferenda: & cõmuni applicandas quæ quãtitas. xxv. librarũ cere modo infraſcripto diſtribui debeat inter eos clericos & religioſos: Miniſtro cuilibẽt uel puinciali Abbati ſancti Rachiani ſiue fabalis/ Abbati ſancti Decentii & Germani unũ doplerium ponderis ſex unciaꝝ pro quolibet/ priori ſancti Erachiani/ ſancti Spiritus/ ſancte Marie in portu/ maiori fratrũ minoꝝ/ fratrũ pdicatoꝝ & fratrũ heremitaꝝ/ canonicis epiſcopatus unũ doplerĩu ponderis quatuor unciarum pro quolibet: Aliis uero habentibus officiũ in cõuentibus cuiuſlibet ordinis due candele pro quolibet ponderis medie uncie pro qualibet candela: oibus aliis uero dari debeat una cãdela pro quolibet ponderis medie uncie pro qualibet candela. Si uero cõtigerit Reuerendũ patrẽ dñm Epiſcopũ Piſauri: qui nunc eſt uel qui pro tpe fuerit intereſſe tali ſepulture: tunc ultra pdictã quãtitatẽ licitũ ſit dare dicto dño Epiſcopo unũ dopleriũ quatuor

libraꝝ

libra℞. Si uero cõtigerit Vicariũ dñi Epiſcopi intereſſe licitum ſit etiã pro dicto funere dare unũ dopleriũ ſiue cereũ unius libre ponderis. Addicientes ꝙ ſpeciarius qui dictam cerã uendet debeat ponderare dictã cerã deputato ad dictũ officiũ. Et ꝙ ſpeciarius nõ debeat uendere dictã ceram ultra pondus ſuperius annotatũ: nec ſuperſtes uel deputatus uel alius recipere ſub pœna decẽ libraꝝ ℞. cuilibet eoꝝ cõtrafacienti auferẽda & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni & teneatur in ſecretũ. Et ꝙ ſi ſpeciarius ſcripſerit maiorẽ quantitatẽ in eius libro ꝙ emens nõ teneatur ſoluere niſi pro quãtitate ſupra deſcripta/ & taxata/ & quilibet ſpeciarius habere debeat copiã huius ſtatuti in eoꝝ ſtatione ne ꝑtendere poſſit ignorantiã quoquomodo. Teneatur etiã Poteſtas uinculo iuramenti quolibet anno dicto ſuperſtiti mortuoꝝ ſepeliendoꝝ uel alteri in locũ ei ſubrogato ſacramentũ deferre de obſeruãdo ſupradicta cõtenta in hoc ſtatuto. Addicientes inſuper ꝙ ſub pœna ꝑdicta quinquaginta lib. ℞. heredes defuncti nõ audeãt uel præſũmãt de nouo ueſtire ueſtibus lugubribus pro honore mortui uel ad triſtitiã oſtendendã ultra quatuor cõputatis in dictis quatuor heredibus ꝑdictis ſi cõtigerit dictos heredes ſe ueſtire dictis ueſtibus ob mortẽ: & noluerũt licitũ eſſe quotcũq; fuerint ſe poſſe ueſtire ultra dictos quatuor ueſtibus lugubribus ob morte parentũ eius & ꝙ aliquis alius etiã attinens defuncti nõ poſſit ex dicta cauſa ſe ueſtire etiã ſi uellet expenſam facere de ſuo proprio ſub pœna. xxv. lib. ℞. Et ꝙ in brachio pãni eo caſu nõ poſſet expendi unũ ducatũ: & ꝑdicta locũ habeant niſi per teſtatorẽ in eius teſtamento uel alia uoluntate relictũ eſſet ꝙ ueſtirentur plures perſone: quo caſu quod per eum diſpoſitum fuerit: liceat heredibus exequtioni mandare ſine pœna. Et ꝙ in ſeptimis & aniuerſariis de cętero fiẽdis in cõmemorationẽ defunctoꝝ illi qui tales ſeptimas & aniuerſaria fieri fecerint expendere poſſint in cera medietatẽ eius quod ſupra taxatum eſt & nõ ultra pœna & banno uigintiquinq; librarum rauẽn. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice de facto ut ſupra auferenda.

Q đ nulla mulier debeat extra domũ & ad eccleſiã ire poſt mortuũ. ru. 87.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla mulier cuiuſcũq; cõdictionis exiſtat debeat exire domum lugens uel ſequi cadauer per plateas: nec ire poſt cadauer ad eccleſiã quãdo portaẽ ad ſepelliendũ pœna & bãno centũ ſol. ℞. Liceat tamen exclamare & cõdolere compe tenter ſiue moderate in domo: & cuilibet de prædictis cõpetat accuſatio bãni.

Quod nullus audeat rumpere fugam molendinoꝝ. rub. 88.

STatuerunt ꝙ nullus audeat uel præſũmat fugã molendinoꝝ cõis rũpere uel rumpi facere/ & ꝙ nullus cauſa extrahendi aquã aliquã claucã ſiue aliquod aliud edificiũ pro aqua trahẽda/ facere tenere uel cõſtruere debeat: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni. xxv. lib. ℞. & ꝙ Poteſtas teneaẽ facere citari oẽs panterales corã eo: & eos oẽs pãterales iurari facere ꝙ ꝑdictũ ſtatutũ obſeruabũt ſub pœna ꝑdicta & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni: & ꝙ nullus habẽs poſſeſſionẽ iuxta fugã molẽdinoꝝ audeat uel ꝑſũmat appropinquare uallatui cõmunis cũ foſſato uel alio laborerio ꝙ aqua uallati exeat uel tranſeat grippã ſub pœna centũ ſol. ℞. & ſuis expẽſis reaptet.

Quod nullus fodiat ad ſpondas foſſatoꝝ. rub. 89.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus fodiat uel cauet a ſpõdis foſſatoꝝ cõis uel uiaꝝ publicarũ cõis uel intra muros ciuitatis Piſauri: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni. xx. ſol. ℞. & pro quolibet & q̃libet uice: & cuilibet cõpetat accuſatio & hẽat medietatẽ bãni.

Quod omnes poſſidentes iuxta foſſata paduli teneant remoliꝛe. rub. 90.

ITem ꝙ omnes poſſidentes iuxta foſſata per quæ aqua pluuialis ueniens de ciuitate uel eius burgis labitur in padule teneantur & debeant ipſa foſſata ſcargare / & ſcargata tenere: ita ꝙ ſemper ſint amplitudine quinq; pedum & quicunq; habuerit domum in qua habeat claucam factam ſupra dictis foſſatis ſcargatam tenere debeat ita ꝙ nõ præſtet impedimentũ aquæ currenti per dicta foſſata. Et idẽ intelligat in poſſidentibus iuxta foſſatum factũ iuxta forũ paduli per directum ab hoſpitale olim dñi Ioãnis ſancti Iacobi uſq; ad hoſpitale domini Zonghi quod eſt prope dictũ ſaquatorium molendinoꝝ ſancti Caxiani. Ita ꝙ aqua per ipſa foſſata ſolita currere & fluere poſſit libere: & ſi aliqua perſona poſſideret iuxta dicta foſſata quæ non eſſet ſubiecta iuriſdictioni cõmunis Piſauri: tunc eius laborator compellatur ad prædicta ſeruanda: & qui contrafecerit ſoluat nomine bãni uice qualibet quadraginta ſoldos rauẽ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De pœna extrahentiũ cannã uincũ & carbonem. rub. 91.

STatutum eſt etiã ꝙ nullus audeat uel præſummat cannas uincum / & carbonẽ de ciuitate uel comitatu Piſauri extrahere portare uel extrahi facere per mare uel per terrã pœna & bãno centũ ſol. ꝶ. pro quolibet & qualibet uice & perditionis uinci cãnarum & carbonis: & de ꝑdictis cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni.

De pãno nõ portando extra comitatũ ad ingualchandũ. rub. 92.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus de ciuitate uel comitatu Piſauri audeat uel præſummat portare uel portari facere pannum ad gualcandum extra ciuitatem uel diſtrictum Piſauri quando gualcherie eſſent ad ingualcandũ in ciuitate uel diſtrictu Piſauri & qui contrafecerit ſoluat nomine banni centum ſoldos rauẽ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De pœna extrahentium blaua ſine licentia: & quod ſoluere debeat licentia obtenta: & de premio deprendentium euntes contra deuetum in ꝑdictis & de aliis uictuariis comprehenſis nõ extrahendis. rub. 93.

STatuerunt ꝙ nullus cuiuſcunq; condictionis & ſtatus exiſtat de cætero poſſit uel ualeat ſub pœna centũ ſol. ꝶ. pro quolibet quarto / & amiſſionis bladi & animalis ſuper quo portaret dictũ bladum uel farinã de dicta ciuitate Piſauri uel eius territorio quomodolibet per ſe uel aliũ extrahere uel extrahi facere granũ uel farinã / uel alterius generis bladi ſine expreſſa licentia tracta uel mãdato Illuſtriſ. Dñi qua ab ipſo obtenta & habita nihilominus talis gratiam impetrans ſoluere teneatur & debeat pro qualibet ſalma: quã extraſerit nouẽ bononenos & tres denarios rauẽ. cõmuni Piſauri nõ obſtãte ꝙ in ea gratia uel licẽtia dicat uel diceretur ꝙ libere ſine aliqua ſolutione extrahere poſſit niſi in ꝑfata gratia licentia uel mandato expreſſe dicat & adiecta fuerit clauſula non obſtante ꝑſente ſtatuto & ꝙ gratia tracta uel licentia expirare intelligat & caſſa & irrita ſit & cenſeat ſi uigore ꝑdicte gratiæ nõ extraxerit granũ bladũ uel farinã infra quatuor mẽſes a die date gratiæ uel licẽtie. Et ꝙ ſalma grani uel farinæ uel alterius bladi qđ cũ licentia & modis ſupra extraheret intelligat ad pondus quadringentarũ quadraginta libraꝝ & nõ ultra & ſi maioris fuerit ſoluat cõmuni pro rata de illo plu

ri quod fuerit ad rationē nouē ſoldoꝝ & triū deñ.ꝝ. ut ſupra expreſſum eſt. Hoc ad-
dito ꝙ ſi & in quantū p̄fatus Illuſtriſ. Dñs faceret gratiā uel licentiā liberā concederet
alicui extrahendi granū uel farinā uel aliquod genus bladi ut ſupra præmittit᷑ uſq; ad
quantitatē & ſummā quinq; ſalmaꝝ & nō ultra ille talis licentiā uel gratiā liberā ha-
bens poſſit & ualeat uſq; ad dictā quantitatē quinq; ſalmaꝝ extrahere ſine aliqua ſolu-
tione datii uel gabellæ nō obſtante ꝙ in tali gratia uel licentia adiecta fuerit clauſula:
ut ſupra fit mentio. Et capitanei comitatus & alii officiales ſuper deueto teneant᷑ dili-
genter & ſollicite perquirere de cōtrafacientibus in p̄dictis. Et Vicario gabellæ repor
tare: qui ut diligentiores in prædictis exiſtant ſi aliquē in p̄dictis cōtrafacere deprehen
derint habeant quartā partem dicte pœnæ. Et ꝙ nullus poſſit uel debeat portare/uel
extrahi uel portari facere pullos uiuos columbos/anates nec etiā mortuos ultra duo pa-
ria nec oua/uelcaſeū per ſe uel alios & ſiquis cōtrafecerit cōdēnet᷑ pro quolibet & qua-
libet uice in decē libris raueñ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni.
Exceptis nauibus quæ a portu & riua Piſauri recederēt. Quibus vicarius gabellę poſſit
dare licentiā extrahendi duos quartos fabæ pro qualibet naue magna & portādi panē
ad ſufficientiā marinariorum pro uiagio: quod facturi eſſent: & exceptis euntibus ad
macinandum extra comitatū Piſauri tēpore neceſſitatis qui ire impune poſſunt: dūmo-
do cum licentia ſeu bulla Vicarii gabellarum uadant uel capitaneorum comitatus iux-
ta morem conſuetum.

De blado reducendo ad fortilitia: & de pœna nō aſſignantiū. rub. 94.

ITem ſtatuerunt ꝙ omnes habitantes in ciuitate & comitatu Piſauri uel in ipſo co-
mitatu bladum recolligentes ſingulis annis a tēpore recollectionum cuiuſcūq; bla-
di uſq; & per totum menſem ſeptembris debeāt reduxiſſe & reduci feciſſe omnia quæ-
cunq; bladat quæ recollegerint ad ciuitatem & caſtra: nihil de ipſis bladis extra ciui-
tatem & caſtra dimittendo. Et ſiquis contrafecerit puniatur pro qualibet ſalma in ui-
ginti ſoldis raueñ. Et nihilominus perdat bladum: in qua pœna incurrat ipſo facto niſi
licentiā habuerit a domino ea extra fortilicia retinendi: quā quolibet anno habere de-
beant a domino alias cadant in ſupradictam pœnam & ſi dicta blada nō repoſuerint
& reduxerint ad fortilicia ut ſupra. Et colligentes ſiue habentes dicta blada in condu-
ctione ipſorum uel ante debeant pœna & banno prædictis dicere ueritatem de quanti
tate qualitate & ſpecie bladi officialibus qui pro tempore fuerint ad ſcribendum depu
tatis. Addiciētes ꝙ cuilibet licitū ſit tēpore recollectionis reſeruare & retinere ſibi ex-
tra ciuitatem & fortilicia ciuitatis Piſauri in uilla uel domo: in qua habitaret tantum
granum quod ſibi & ſuæ familiæ ſufficiat per uictū duoꝝ menſium alio tunc periculo
nō iminente gentium armigerarum uel guerræ: dūmodo tale granum ſic retinendum
aſſignauerit officialibus deputatis ſuper recollectum grani dicti anni.

De cuſtodibus eligendis in quolibet caſtro & uilla comitatus Piſauri ne uictua-
lia extrahant᷑: & ꝙ nullus extrahāt poma/ligna uinum. rub. 95.

ITem ſtatuerunt ꝙ in quocunq; caſtro & uilla diſtrictus & comitatus Piſauri exi-
ſtente iuxta confines diſtrictus Piſauri eligi debeant ſex homines qui iurent bona
fide ſine fraude die noctuq; cuſtodire ne uictualia extra comitatum & diſtrictū Piſauri

aliqua extrahantur ſine licentia Poteſtatis. Et teneantur accuſare denunciare omnes cõtrafacientes & habeāt medietatē bāni de eo℞ denunciationibus. Item ꝙ nemo debeat extrahere extra ciuitatē & diſtrictū Piſauri nec portare alio ad uendendum poma/ligna/ & uinū & qui cõtrafecerit ſoluat noīe bāni.xl.ſol.℞. Nec aliquis debeat ire ad macinandū extra diſtrictū Piſauri donec molendina cõmunis macinare poſſunt: ſub pœna pdicta: & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatē banni.

Quod uxores molendinariorum nõ faciant panem ad uendendum: & de pane uendulis: & camangiarolis. rub. 96.

STatuerunt etiā ꝙ aliqua uxor molendinarii per ſe uel aliquā aliā perſonā nõ faciat panē uenalē: & quæ cõtrafecerit ſoluat noīe bāni.xx.ſol.℞. pro qualibet uice Et quælibet paneuendula debeat habere & tenere tobaleā albā ſuper panē & baculum in manibus & impune poſſit percutere tangentē panem eū manu & quæ cõtrafecerit ſoluat noīe bāni quinq; ſol.℞. & nulla panuēdula debeat filare douanare nec torquere ſtando in platea ad uendendū panē: & quæ cõtrafecerit ſoluat noīe bāni quinq; ſol.℞. Et ꝙ nulla panuendula tricola uel camāgiarola audeat uocare aliquam perſonam euntem ad caniſtra alterius ut uadat emptura ad ſuū aliquid: & quæ contrafecerit ſoluat nomine banni quinq; ſoldos raueñ. & idem intelligatur in omnibus aliis artificibus. Et ꝙ omnes panuendule debeant facere panem ad pondus ſibi taxatum uel taxādum per extraordinariū Poteſtatis: & qui debeat uidere quid ualeat cõmuni foro ſiue mercato Piſauri granū. Et ſecundū cõmune preciū dicti grani debeat imponere põdus dicto pani: hoc eſt ad quod pondus debeant facere dicte paneuendule dictū panē taxādo dictū pondus dicti panis iuxta taxationē deſcriptam in fine ſtatutorum. Et ſiqua panuendula reperta fuerit panē feciſſe minus penſa debita ſiue ſtatuta ſoluat nomine bāni pro qualibet uice quinq; ſoldos raueñ. & amittat panē qui repertus fuerit minus penſa debita: & teneatur bis extraordinarius in edomoda uidere/ & ponderare panem, & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatem bāni. Excepto quod bracciadellos biſcottos & panem boſettum facere poſſint ſine penſa libere.

De eo qui furtum fecerit in molendinis. rub. 97.

ITem ſtatuerunt ꝙ quicunq; aliquid in molendinis ciuitatis & comitatus Piſauri furatus fuerit perdat auriculam: quam redimere poſſit decem libris raueñ. & inſuper emendet furtum in quadruplum.

Quod molendinarii preciū aliquod nõ recipiāt pro macinatura. rub. 98.

STatutum eſt etiā ꝙ molendinarii molendino℞ ciuitatis & comitatus Piſauri non recipiant aliquod preciū pro macinatura ab aliqua perſona excepta moltura ordinata per formā ſtatuti: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni quadraginta ſol.℞. pro quolibet & uice qualibet & cuilibet cõpetat accuſatio/ & habeat medietatē bāni. Et ꝙ Poteſtas quolibet anno teneaᷣ in kal'is Ianuarii citari facere oēs molendinarios ciuitatis & comitatus Piſauri corā eo & eos & quēlibet eo℞ iurari facere ꝙ nullū ꝑciū ſeu donū aliquod recipient ab aliquo pro macinando bladum. Et ſiquis iurare cõtempſerit uel negligens fuerit in iurando condēnetur uice qualibet in quadraginta ſol.℞. Et ſi contigerit molendinarios mutari in molendinis aliqua cauſa: tunc molēdinarii de nouo ſeruientes iurare teneantur ut ſupra/ ſub pœna prædicta.

Quod

Quod nullus accipiat de lapidibus pōtis ſoleꝫ uel de alio edificio. ru. 99.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus audeat uel ꝓſūmat aliquē lapidē de lapidibus pontis ſoleꝫ uel de muris cōis uel aliquid de aliquo edificio cōis Piſauri accipere uel accipi facere. Et qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni decē lib. ꝶ. & ablata reſtituat. Et cuilibet cōpetat accuſatiō/ & habeat medietatē bāni & dānū intereſſe cōis reſarciat.

De pœna portantiū de præta focarie uel lapides coctas rub. 100.

STatutum eſt etiā ꝙ nullus undecūqꝫ & cuiuſcūqꝫ cōditionis exiſtat audeat uel ꝓſūmat extrahere uel portare extra comitatū Piſauri de ꝑta focarie/uel catigliani pœna & bāno quinquaginta lib. ꝶ. pro quolibet cōtrafaciente & qualibet uice/ nec ēt quadrellos de terra cocta pœna. xxv. lib. ꝶ. ſine expſſa licētia Illuſ. Dñi uel ſui locūtenētis.

Quod nullus ſocius debeat uel audeat tenere boues de nocte extra ciuitatem ſine licentia. rub. 101.

ITem ſtatuerūt ꝙ nullus ſocius de ciuitate & comitatu Piſauri tenere debeat de nocte extra ciuitatē & burgos nec extra caſtros & uillas boues & aſinos & aīalia ſine expreſſa licētia dñi cuius ſunt/ & ſi tenuerit/ & dicta aīalia uel aliqđ eoꝝ amiſerit bona uel mala cuſtodia teneat ſocius ipſos boues & alia aīalia oī exceptiōe remota dño emēdare.

De pœna ſocii defraudātis opera bouū quos tenet ad ſocidā. rub. 102.

STatuerunt ēt ꝙ ſi aliquis ſocius defraudauerit dño a quo habuerit boues iure ſocide de operibus bouū credat ſacramēto dñi de fraude ipſaꝝ operū cū probatione unius teſtis taſſatione prius a Iudice moderate facta: & ille qui repertus fuerit dño ſuo ſic defraudaſſe teneat ipſi dño tales operas defraudatas emendare: & nihilominus cōdēnet cōmuni in. xl. ſol. ꝶ. Et ꝙ nullus audeat accipere boues ab aliquo bubulco ad laborandū uel ad carrizandū aliquid ſine uolūtate dñoꝝ quoꝝ fuerint boues & qui cōtrafecerit ſoluat cōmuni decē ſol. ꝶ. Et ꝙ oīa iuga bouū ciuitatis & comitatus Piſauri ſint & eſſe debeāt ferrata. Et ſiquis bubulcus laborauerit cū iugo nō ferrato ſoluat pro bāno uice qualibet quinqꝫ ſol. ꝶ. Et quilibet laborator qui iuuauerit aliquē portare ſecū tot roccia teneāt qđ eidē debeāt ſufficere tota die qua debeat laborare. Et qui cōtrafecerit ſoluat noīe bāni decē ſol. ꝶ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatem bāni. Et ꝙ Poteſtas teneat oēs bubulcos ciuitatis & burgoꝝ Piſauri corā eo quolibet anno citari facere: & ab eis & quolibet ipſoꝝ ſacramentū recipere ꝙ dānum alicui nō dabunt cū bobus uel ſine bobus de die uel de nocte: & qui cōtrafecerit & tale ſacramentum præſtare recuſauerit cōmuni condēnetur in uiginti ſol. ꝶ.

De pœna uendentis aīalia quæ habet ad ſocidā uel ad cuſtodiā. rub. 103.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus præſummat uel audeat uendere uel donare obligare uel alienare aliquas beſtias: quas acceperit ab aliquo ad guardiam uel ad ſocitā uel permutare ullo modo ſine licentia dñi locantis: nec aliquis a conducentibus dicto modo emere/ uel accipere aliquam beſtiam ſine licentia domini cuius ſunt. Et qui contrafecerit ſoluat nomine bāni tam dans ꝗ accipiens decem libras rauēn. uice qualibet & plus arbitrio Poteſtatis & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatē banni: & ſi nō habuerit unde ſoluat arbitrio Poteſtatis pœna perſonali puniatur.

De bubulcis & carretariis debentibus ire ante currum. rub. 104.

STatuerunt etiā ꝙ bubulci currium & carrettaꝝ per ciuitatē & eius burgia in futurū ire pedes debeant ante boues/ & equū/ uel iumentū/ uel aſinos cū trahiť car

tetta: & nō aliter ire debeāt: & qui cōtrafecerit ſoluat noīe bāni uice ꝗlibet quinꝗ ſol. ℟. & dānū ſemꝑ emēdet & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni & ipſas carrettas uel currus ī uiis publicis pœna p̄dcā nō dimittāt ſine remedio pacis & cōpēſatiōis.

De pœna ſubleuantium faſces. rub. 105.

ITem ſtatuerunt ꝙ a tēpore quo faſces pro gābaris callanē in mari uſꝗ ad paſca reſurrectionis dñi nullus audeat faſces alicuius leuare ſine licentia illiꝰ cuius ſunt: & qui cōtrafecerit ſoluat pro quolibet & qualibet uice decem ſol. ℟. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

Quod cœnam dare laboratoribus nemo audeat. rub. 106.

STatutum eſt etiā ꝙ nemo debeat in ciuitate & comitatu Piſauri dare alicui laboratori cœnā de ſero, duo tamen panes in ſero licite dari poſſint & bibere in ſero laboratori: & qui cōtrafecerit tam dans ꝗ recipiens aliquid ultra ſupradicta ſoluat nomine bāni quinꝗ ſol. ℟. pro quolibet. Et hinc excipiuntur laboratores qui gratis iuuāt alios quibus dare poſſint patroni pro libito & uoluntatis.

De barcha alicuius nō diſoluenda. rub. 107.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla perſona propria auctoritate audeat uel præſūmat barchā alicuius ad palum ligatam in fuga molēdinoꝝ in portu Piſauri uel in mari uel in quocunꝗ alio loco ligatam diſoluere nec ducere uel amouere abſꝗ licētia cuius fuerit Et qui contrafecerit ſoluat nomine banni uiginti ſol. raueñ. & dānum emendet: & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De tegetibus/& paleariis nō faciendis. rub. 108.

STatuerunt etiā ꝙ nullus audeat de cætero facere nec factam tenere aliquā tegetem ſtipula uel aliquod paleare paleis uel feno iuxta murum ciuitatis & īfra uias: quæ uadunt ſiue pergunt a porta gattoli per dirrectū uſꝗ ad fugam molendinoꝝ cōmunis uſꝗ ad cantonem ſancte Clare/niſi de licentia domini Poteſtatis pœna uiginti ſoldoꝝ raueñ. & facta moueant.

De pœna tenentium ſtramen in ciuitate. rub. 109.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus audeat uel præſūmat tenere ſtramen in domo aliqua uel iuxta aliquā domū in ciuitate Piſauri ſine licētia Poteſtatis niſi pro una nocte tātum: & qui contrafecerit puniatur in uiginti ſol. ℟. pro qualibet uice: & ſtramen amoueat & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

Quod nullus teneat canē mordacē uel aliū canē ſine uncino. rub. 110.

STatuerunt etiā ꝙ nemo de ciuitate audeat uel debeat tenere canē mordacē qui ſit ſolitus mordere hoībus & perſonis. Et quicunꝗ talē canē habuerit & tenuerit debeat tenere dictū canē ligatū de die & nocte. Ita ꝙ aliquē non poſſit mordere poſtꝗ fuerit ſibi ab aliquo denunciatū ꝙ talis canis mordeat & ſi eum ligatum nō tenuerit uel eum nō mactauerit & morſu ipſius canis aliqua ꝑſona moreretur: tunc ille cuius canis fuerit ſoluat cōmuni noīe bāni centū lib. ℟. Et ſi ex tali morſu aliqua perſona mēbrum amiſerit ille cuius canis fuerit in quinquaginta lib. ℟. cōmuni condēnetur. Si uero ex dicto morſu aliquis nō moreretur: nec membrum amiſerit teneatur dominus cuius canis fuerit canis ſemper quomodo momorderit alicui medico ſoluere pro medicatura morſus quomodocūꝗ momorderit: & nihilominus duos ſoldos pro quolibet die quo laborare non poterit recipiens morſum & donec liberabitur dare & ſoluere te-

neatur

neatur dn̄s canis. Et ꝙ liceat unicuiq; interficere canem aduerſus uenientē ad morden dum: & ꝙ oēs porcarii ciuitatis & comitatus Piſauri tenean͛ in kal̄is auguſti uſq; ad feſtū oīum ſanctoꝝ eoꝝ canes tenere ligatos in die: adeo ꝙ in uineis dānum dare non poſſint. Et tenean͛ ligare eoꝝ canibus unū uncinū ad collū pro quolibet tēpore ꝑdicto de die & de nocte: pœna & banno.xx.ſol.ꝶ. pro quolibet cane & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni & ſtetur ſacramento accuſatoris.

Vbi feces cōburi debeant: & de pœna cōtrafacientium. rub. 111.

ITem ſtatuerūt ꝙ nullus audeat uel præſūmat feces in ciuitate Piſauri colligere & retinere: ſed poſtq̄ in ciuitate burgis uel comitatu Piſauri recollegerint eas tenean͛ tenere in locis remotis extra ciuitatē: ita ꝙ fetor nō reddatur: & idem intelligatur in guato & aliis rebus fetorē reddentibus uel facientibus. Et cōtrafaciens ſoluat cōmuni Piſauri nomine bāni centum ſol.ꝶ. pro qualibet uice: & ꝙ deinceps nō comburantur nec comburi poſſint per aliquem iuxta ſtratas publicas ſiue habitationes aliquas prope ciuitatem. Et qui contrafecerit ſoluat nomine banni quadraginta ſol.ꝶ. & feces remouere teneantur uel ſequenti die uel poſtq̄ ſibi denunciatum fuerit.

De foueis a blado reaptandis & de pœna cōtrafacientiū. rub. 112.

STatuerunt etiā ꝙ quicūq; habet foueā uel foueas in ciuitate uel eius burgia: quæ ſint ſcoperte uel ſfondate uel alamaticie teneantur eam/uel eas reaptare uel recoperire uel reimplere infra tertiā diē /a/ die ſcoperitionis uel alamaticie: & qui cōtrafecerit ſoluat cōi noīe banni.xx.ſol.ꝶ.& foueas aptate teneat͛. Et ſi nō reperirentur illi uel ille cuius eſſet fouea: homines de conuicinia teneantur eas uel eam reaptare recoperire uel reimplere. Et quicūq; habet foueas ad retinendū bladū quocūq; tēpore quo ipſas ſcoperire uoluerit propter blada reponenda uel extrahenda pro taſo ſemper copertas tenere debeat cū una grate lignaminis ad hoc: ut pueri uel homines uel animalia nō cadant in eis nec alii leſionē recipiant: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni quinq; ſol.ꝶ. & idem intelligatur in caſtris uel uillis comitatus & diſtrictus Piſauri: & habentes ſic foueas teneantur emendare dānum omnibus aliquod dānum recipientibus pro dictis foueis diſcopertis: & hoc habeat locūm in præſentibus & futuris.

Vbi & in quo loco foue a grano fieri debeant. rub. 113.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus foueam uel foueas aliquas faciat per ſtratas publicas ciuitatis Piſauri ad retinendum blada. Excepto ꝙ foueę fieri poſſint in triuio porte pontis /a/ dicta porta recto tramite per uiā & burgū uſq; ad molēdinū ſancti Caxiani incluſiue & /a/ dicta porta pontis per uiā quæ uadit uerſus triuiū porte colline uſq; ad dictū triuiū incluſiue: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni quadraginta ſol.ꝶ. & foueam deſtruat. Foueæ tamē quæ ad præſens ſunt in uiis publicis licite retineri poſſint: & ſi aliqua fouea facta eſt uel in futurū fieret ille cuius eſt uel erit eam uel eas debeat retinere ſic aptas ꝙ facere nō poſſint leſionem alicui: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni uiginti ſol. rauen̄. & damnum emendet.

De ſtabulis & aliis in ſtatuto comprehenſis nō tenendis iuxta plateas nec banchum/nec ingombramentum aliquod. rub. 114.

STatuerunt etiā ꝙ nulla perſona habitans circū circa plateam magnā cōmunis Piſauri uel per alias plateas publicas poſſit uel debeat tenere in dicta platea ſiue alia loca prædicta porcos/pullos/anſeres/anatas/ligna banchos nec uelum nec aliquod aliud

ingombramentum facere ipſis in locis cū aliqua te: nec etiā aliquā aliam bruttură/ ſeu immunditiam prohicere in eis. Et quicunq; uult tenere uelum ante ſtationē teneat dictū uelum rectum uerſus coelum: & ꝙ nō protendat uerſus plateas prædictas: & ꝙ dictum uelum diſtet a bancha ultra per duos pedes ultra bancham & nō plus. Et qui contrafecerit in prædictis ſoluat pro una quaq; te & pro qualibet uice quadraginta ſol. raueñ. Et hoc tam de pullis q̄ de aliis in ſtatuto contentis: & ꝙ nemini liceat in banchis aliquid tenere in diebus dominicalibus & feſtiuis: nec ſtabulā tenere in aliqua domo permanente circū circa plateam cōmunis. Et ꝙ nullam rem fetidam cuiuſcūq; conditionis exiſtat tenere debeat in ſtatione uel iuxta ſtationes infra confines plateę in ſtatuto terminatos poena & bāno quadraginta ſol. raueñ. pro quolibet cōtrafaciente: & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De equis porcis & aſinis nō tenēdis ſtratis publicis. rub. 115.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus audeat uel præſūmat tenere equos/aſinos/porcos uel alia animalia in ciuitate & burgis Piſauri in ſtratis publicis ad comedendū: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine banni quinq; ſoldos denariorum raueñ. pro qualibet uice.

Quod nullus ludat ad pettam in uiis publicis. rub. 116.

STatutum eſt etiam ꝙ nullus in uiis publicis uel uicinalibus & triuiis ſeu unde publice itur præſūmat ludere ad petrellā: & qui contrafecerit ſoluat nomine bāni cōmuni uiginti ſol. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatē banni: & idem intelligatur de palo ferreo uel ligneo & lapide groſſo & pallottis.

De pannis nō abluendis iuxta puteos. rub. 117.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus abluat pannos uel aliquā aliam bruttură faciat iuxta puteos: neq; abluat/ neq; curamen aptet: & qui contrafecerit ſoluat nomine bāni uiginti ſol. nec in ipſis puteis aliquid prohicere/ſub poena prædicta audeat.

De beſtiis nō tenendis ad uendendum in platea. rub. 118.

STatuerunt etiā ꝙ nullus debeat tenere in platea magna communis Piſauri aliqua animalia groſſa ad uendendum: ſed eas teneat in foro padulis porte curine/ſeu platela piſcarię. Et qui contrafecerit ſoluat cōmuni Piſauri uiginti ſol. raueñ. & cuilibet competat accuſatio.

De lino nō tenēdo nec macerādo uel macellādo in uiis publicis. rub. 119.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus audeat mittere linum ad macerandum in foſſatis cōmunis Piſauri/ & in fuga molendinorum: nec in tota genica uel padule: nec in aliis foſſatis habentibus exitum in uiis publicis: & qui contrafecerit ſoluat nomine bāni uiginti ſol. raueñ. & linum amittat: & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni. Et nullus præſūmat infra ciuitatem & ante portas ciuitatis gramolare ſiue incigliare linum: nec linum in ciuitate conducere ſeu tenere antequam fuerit gramolatum nec gramolare nec incigliare linum in ſtratis & uiis publicis ciuitatis Piſauri: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni uiginti ſol. raueñ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni. Liceat tamen cuilibet piſaurenſi linum gramolare incigliare uel incigliari facere in ſuis ortis poſitis extra ciuitatem Piſauri. Et ꝙ nemini liceat linum gramolare uel incigliare nec etiam blada battere uel auentare in uiis publicis uel uicinalibus nec iuxta puteos ciuitatis Piſauri. Et qui contrafecerit ſoluat

nomine

nomine bãni.xxv. ſol. ꝑ. & cuilibet compeṫat accuſatio: & habeat medietatem banni: & ſtetur ſacramẽto accuſatoris. Et quilibet qui cœperit linũ amollũ per plenariam ſeu pro aliqua plenaria adinuenerit in ſolea uel in portu uel in mari teneatur ipſum linum ponere in littore maris & inde nõ auferre q̃ diu dictũ linũ uiſum fuerit. Et ſi apparuerit aliquis cuius linũ fuerit teneaẗ reddere: dũmodo ille qui linum cœperit habeat pro ſuo labore tertiã partẽ lini. Et ſiquis acceperit uel portauerit ſine licẽtia illius cuius eſt: ſoluat cõmuni pro bãno quadraginta ſol. ꝑ. & linũ reſtituat: & cuilibet cõpetat accuſatio: & habeat medietatem banni & ſtetur ſacramento accuſatoris.

De lapidibus & brutturis nõ mittendis in eccleſiis. rub. 120.

STatuerunt ẽt ꝙ nullus homo a.xiiii. annis ſupra ꝓiciat lapides uel aliquid aliud ſtudioſe in eccleſia maioris & in aliis eccleſiis ciuitatis & burgorum Piſauri. Et ꝙ nullus audeat uel præſummat de cætero infra muros eccleſiæ maioris: & aliarum eccleſiarum ciuitatis Piſauri & burgorũ facere aliquã iniuriã in mingendo uel egerendo cineratã uel alias imunditias uel brutturas ibi prohicere in locis prędictis uel ad alios ludos etiã permiſſos ludere: & qui contrafecerit ſoluat nomine bãni quinq; ſol.ꝑ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni. Et credatur ſacramento accuſatoris. Et ꝙ nemini liceat in triuiis epiſcopatus nec in aliis triuiis eccleſiaꝝ dicte ciuitatis ponere uel mittere colũnas uel alia edificia cauſa edificandi: nec letamen nec alia ingombramenta ponere debeat ſub pœna uiginti ſol. ꝑ. & poſita debeat elleuare: & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatẽ bãni. Et idem intelligatur in eccleſiis & cimiteriis eccleſiarum ciuitatis/ & comitatus Piſauri.

Q ꝺ̃ nulla domus ꝑ maleficio de cętero debeat deſtrui uel demoliri. ru. 121.

ITem ſtatuerunt ꝙ deinceps nulla domus ciuitatis & burgorum Piſauri ſeu eius comitatus pro aliquo maleficio deſtruatur: ſed ſi maleficium fuerit tale ꝓpter quod bona publicentur uel ꝙ eſſet opus ꝙ procederetur ad uenditionẽ de bonis condẽnati maleficium cõmittentis uendãtur ad defenſionẽ cõmunis. Et hoc inuiolabiliter obſeruetur. Et idem intelligatur ꝙ nulla domus deſtruatur occaſione alicuius collecte uel cõdẽnationis uel exactionis alicuius oneris: & ſi opus fuerit cõmuni publicetur: & pro cõmune uendatur. Et ꝙ ſi Poteſtas uel aliquis eius officialis cõtra hoc ſtatutum fecerit ſit ipſo iure a/ iuriſdictione ſibi data priuatus & eorum ſallarium perdant.

De bonis confiſcatis nõ deſtruendis. rob. 122.

STatutum eſt etiã ꝙ de cætero bona quorũcunq; condẽnatorum uigore cuiuſcunq; maleficii nõ deſtruantur uel deuaſtentur: ſed ipſa bona integra & illeſa cõmuni Piſauri referuentur: ſaluo tñ quod in.xiiii.ſtatuto huius tertii libri diſpoſitum eſt.

De pœna occupantis bona cõmunis Piſauri. rub. 123.

ITem ſtatuerunt ꝙ de cætero nulla perſona audeat uel præſũmat occupare ingredi tenere uel detinere bona cõmunis Piſauri uel quæ per ipſum cõmune/ ſiue per officiales eiuſdem eſſet uel erunt impoſterum publicata abſq; conſenſu & licentia Illuſ. Domini ſiue eius officialium pœna & banno uigintiquinq; libraꝝ rauen. cuilibet contrafacienti. Et nihilominus occupans/ingrediens/ tenens/ uel detinens per officiales illa uel illas remediis opportunis compellatur libere relaſſare: ſub pœna prædicta quotiens in aliquo prædictorum fuerit contrafactum.

De barilibus bullandis ſingulo anno. rub. 124.

STatuerunt q̃ oēs hoies ciuitatis & comitatus Piſauri bullare teneanť & debeant oia eoꝝ barilia per officiales eligendos & deputandos quolibet anno de mēſe Augusti. Et q̃ barilia bullata & non bullata debeant eſſe coequata cū menſura cōmunis. Et q̃ debeant quolibet anno oia barilia coequari: pœna & bāno quinq; ſol. ꝟ.

De uino nō uendendo tempore uindemiarum in riua maris & de piciolo non uendendo forenſibus. rub. 125.

ITem ſtatuerunt q̃ nullus tēpore uindemiaꝝ uadat ad riuā: cauſa uendendi uinum: & qui contrafecerit uice qualibet ſoluat cōmuni. xl. ſol. ꝟ. Et uēditio ſit nulla & irrita/ & quicunq; ſprocanus fuerit & cōſenſerit alicui uēdere ad riuā & quotienſcunq; cōtrafecerit totiens cōi pſoluat pro bāno. xl. ſol. ꝟ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni. Et q̃ nemini liceat de cætero piciolū uel aquaticiū alicui forenſi dare tēpore uindemiaꝝ ad riuā/ & qui cōtrafecerit tā dans q̃ accipiens ſoluat noie bāni uice qualibet. xx. ſol. ꝟ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni.

De uino nato extra territoriū Piſauri nō cōducēdo in territorio Piſauri ru. 126.

STatutum eſt etiā q̃ nullus ciuis comitatinus ſeu forēſis ciuitatis/ & comitatus Piſauri audeat uel p̃ſumat uinū natū extra diſtrictū/ & comitatum Piſauri apportare uel cōducere per terrā uel per mare in ciuitate uel comitatu Piſauri cā uendendi uel per mare extrahendi: uel aliqua alia cauſa/ niſi in botaciis uel barlettis cauſa bibēdi uel p̃ſentandi: & qui cōtrafecerit ſoluat cōmuni pro bāno. xl. ſol. ꝟ. Et nihilominus uinum & aialia ſuper quibus apportauerit & uaſa in quibus duxerit ſint ipſo facto cōi publicata: & cuilibet cōpetat accuſatio: & habeat medietatē bāni: exceptis ciuibus & comitatinis Piſauri & habitātibus in ciuitate & comitatu Piſauri habentibus uineas extra ciuitatē & diſtrictū Piſauri: de quibus uineis liceat dñis & eoꝝ laboratoribus de ciuitate & comitatu Piſauri cōducere/ & cōduci facere & aportari uinū dictaꝝ uineaꝝ nulla fraude adhibita: & qui cōtrafecerit inducendo uel aliud uinū in illo imiſcēdo: pœna ſuperius annotata puniať/ & cuilibet cōpetat accuſatio/ & habeat medietatē bāni ſi legitime probauerit. Et q̃ datiarius uini quod extrahitur nullatenus dare poſſit licētiam p̃dictā ſub pœna p̃dicta. Addiciētes q̃ p̃dicta locū nō habeāt ſiquis per mare cōducere uellet in dicta ciuitate & comitatu maluagiā/ romaniā/ uinū de greco & de tiro/ quo casu teneanť ſoluere. xl. ſol. ꝟ. pro ſalma q̄libet dicto/ datiario. Si uero cōduceréť ſupradicta uina p̃ mare cā extrahēdi p̃ terrā ſoluere teneať talis cōducēs pro q̄libet ſalma. x. ſol. ꝟ.

Quod nullus mittat aquā in uino. rub. 127.

ITem ſtatuerunt q̃ quicunq; aquam miſerit uel mitti fecerit uel procurauerit mitti in uino quod uenderetur de cætero ad minutū uel ingroſſum condēnetur uice qualibet in decem lib. rauen. & accuſari ualeat deinde ad annum/ & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni & teneatur in credentia: & nulla ſuper hoc conuentio pax ſiue concordia admittatur.

De tabernariis & menſuris tabernarium. rub. 128.

STatuerunt etiā q̃ nullus tabernarius ſeu tabernaria uel alia perſona quæ uinū uēderet ad minutū poſſit creſcere p̃ciū uini quod uendat ultra p̃ciū uini: qđ incepit uendere in principio. Si aūt uoluerit p̃ciū minuere poſſit: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni. xl. ſol. ꝟ. uice q̄libet: & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni

& ſtetur

& ſtetur ſacro accuſatoris cũ uno teſte: & oẽs uolẽtes de cætero uinũ uẽdere ad minu tũ debeãt hẽe & tenere quartã mediã quartã/terzarolã/fogliettã & oẽs alias menſuras: cũ quibus uoluerit uinũ uendere bullatas de bulla datiarii bullæ. Et qui repertus fue rit tales mẽſuras ſine bulla tenere ſoluat cõi pro bãno uice qualibet & qualibet mẽſura nõ bullata ſol. quinq; ꝶ. cuius medietas ſit cõis & alia medietas datiarii bullæ. Et miles Poteſtatis teneatur uinculo ſacramenti ſcrutari bis in ebdomoda ſi dicti tabernarii di ctas menſuras ſic bullatas habẽt & tenẽt: & quos inuenerit habere & tenere mẽſuras nõ bullatas punire & cõdẽnare debeat in quinq; ſol. ꝶ. ut ſupra: & cuilibet cõpetat ac cuſatio: & habeat medietatẽ bãni ſi cũ uno teſte probauerit. Et ꝙ nullus tabernarius de cætero debeat uendere uinũ ad ciatos: ſed ad menſuras ordinatas niſi /a/ bibentibus fuerit poſtulatum: & qui contrafecerit ſoluat quinq; ſol. ꝶ. uice qualibet.

Quod nullus præſummat dare uaſa fetida & de pœna carrigiantis in uaſo feti do uel uitioſo. rub. 129.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus præſũmat dare uaſa ad carrizandũ ſeu admittendum ui num atq; carrizare uinũ ſuũ uel alienũ: quæ ſint infecta muffa uel mucore uel ta lia uaſa ad naulũ locare: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni .xl. ſol. ꝶ. & dãnum emen det: & idem intelligatur in quolibet uaſe locato ad uinũ tenendũ/uel cõmodato.

Quod nullus ſeruiens ſeu famulus uendat aliquid ſuper ſalmã. rub. 130.

STatuerũt ẽt ꝙ nullus famulus ſeruiẽs alicui audeat uel ꝓſũmat uẽdere ſupra ſalmas ut poſſit alicui quoquomodo dare uel donare ſine expreſſa licẽtia dñi: & qui cõtra fecerit tã uẽdẽs ꝗ emẽs uel in donũ recipiẽs ſoluat noie bãni uice qualibet ſol. v. ꝶ.

Quod nullus recipiat aliquid ab aliquo famulo uel famula. rub. 131.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus præſũmat recipere quouis titulo aliquid ab aliquo famu lo uel famula alicuius de bonis domini ſine licẽtia dominoꝝ: & qui cõtrafecerit ſol uat noie bãni uiginti ſol. ꝶ. & rẽ acceptã in quadruplum dño reſtituat: cui accepta fue rit & famulus & famula ſoluat nomine banni decem ſol. ꝶ. & plus arbitrio poteſtatis.

De ſeruiẽtibus & famulis retinẽtibus extra domũ maſſaritias dñi. rub. 132.

STatuerunt ẽt ꝙ nullus ſeruiens teneat ſuam maſſaritiã extra domum dñi ſui abſq; licentia dñi ſui/cũ quo morabitur: & ſiquas res poſuerit ſoluat cõmuni noie bãni uiginti ſol. ꝶ. & liceat dominis capere ſuos ſeruientes fugitiuos ubicunq; eos inuenerit durante pacto & eos reducere ad eorum ſeruitium ſine pœna.

Quod nullus ꝓſũmat corrũpere uel deuiare famulũ uel famulã. rub. 133.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſiquis corrũperit uel deuiauerit ſeruientẽ uel ſeruitricẽ alicuius palã uel clam ſoluat noie bãni uice qualibet .xx. ſol. ꝶ. & ſiquas res acceperit dño re ſtituat: & quilibet ſit accuſator & habeat medietatẽ bãni. Et ſi dñs ꝓdictus defecerit in ꝓbatione ſtet ſacro ſeruiẽtis corrupti uel deuiati: & nullus recipiat pactuatũ ſeruientẽ uel ſeruitricẽ alterius licet de pacto nõ appareat in ſuũ ſeruiẽtẽ niſi ſteterit per mẽſem deſinere ſeruire tali primo domino: & nihilominus ad ſeruiẽdum primo domino redu catur uſq;quo pactum conuentum cõpleuerit: & qui contrafecerit tam retinẽdo talem ſeruientem ꝗ ſeruiens contrafaciens condẽnetur in quadraginta ſol. ꝶ.

De foro die ſabbati faciendo. rub. 134.

STatutum eſt etiã ꝙ quolibet die ſabbati fiat & fieri debeat generale forum in ci uitate Piſauri in platea magna dicte ciuitatis per ciues diſtrictuales & per comita

tinos dicte ciuitatis & quoſcunq; alios foreſes accedere uolentes ad dictum forum. In quibus diebus ſabbati liceat omnibus uolentibus mercari uel cōducere aliquid pro uendendo ſiue emendo uel permutando uel aliter tranſferendo in dicta ciuitate Piſauri conducere merchari & trafficari pro libito uoluntatis.

Quod caſtellani habitent eoꝝ caſtra: & de pœna cōtrafacientium: & ꝙ nullus poſſit habere domum de ſtipula in caſtris. rub. 135.

ITem ſtatuerunt ꝙ oēs homines: qui ſunt caſtellani alicuius caſtri comitatus Piſauri cōtinue habitēt in dictis caſtris cū tota ſua familia: nullus uero in uillis audeat habitare ſine licentia Poteſtatis & ſue curie. Excepto ꝙ tēpore pacis quo tēpore homines caſtroꝝ ſine licentia poſſint habitare in uillis: dūmodo caſtrū die noctuq; ſemper bene cuſtoditum remaneat. Et hoc poſſint niſi ex aliqua cauſa eſſet eis præceptū ꝙ ſe reducerēt ad caſtra: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni quadraginta ſol. ꝝ. Et etiā ſi dānum datum fuerit in curia alicuius caſtri: tunc ille uel illi qui reperti fuerint habitare extra caſtrum in uillis uel aliquis de eoꝝ familia ſine dicta licentia ad emendationem dāni ipſi ſoli teneantur ſi malefactorē nō repræſentauerint in fortiā cōmunis Piſauri ut ſupra in ſtatutis cōtinetur: & alii habitantes in caſtris ad emendationem dicti dāni remaneant abſoluti omnimode & nullus habeat in aliquo caſtro domum de ſtipula: pœna & banno decem libraꝝ raueñ. & factā deſtruant: & cuilibet competat accuſatio: & habeat medietatē bāni. Et Poteſtas teneatur facere ꝙ quodlibet caſtrum habeat exemplum dicti ſtatuti poſtꝙ Poteſtati uel ſue curie fuerit nunciatum.

Quod cuſtodes portaꝝ nō auferant ligna /a/ portantibus. rub. 136.

STatuerunt etiā ꝙ nemini cuſtodum portaꝝ tam ciuitatis ꝙ caſtrorum piſauri de cætero liceat redeuntibus ſeu uenientibus cum ſalmis lignoꝝ de foris ligna ſeu cānas auferre ſeu accipere: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine banni. xl. ſol. ꝝ. pro qualibet uice & ſtetur ſacramento accuſatoris & habeat medietatem bāni.

De forēſibus nō debētibus retinere mādriā in territorio Piſauri. rub. 137.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus qui nō ſit cōtinuus habitator ciuitatis & comitatus Piſauri cū tota ſua familia poſſit uel debeat tenere in territorio Piſauri mandriam beſtiarum uel aliorum animalium nec etiā paſculare. Et nullus faciat contractum cum aliquo foreſe cauſa retinendi prædictas beſtias in territorio Piſauri: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni uigintiquinq; libras raueñ.

Quam pœnam patiatur negans conſortem habere partem in re cōmuni. Et nota de diuiſione. rub. 138.

STatuerunt etiā ꝙ ſiquis habuerit rem aliquā mobilem uel imobilem cōmunē cū aliquo & ſocius petierit ad diuiſionē uenire cum eo de tali re cōmuni: & ille contra quē petita fuerit diuiſio negabit ipſam rem cōmunē eſſe: tunc inueſtigata prius ueritate /a/ Iudice. Si inuenerit talem negantē in mēdatio: Iudex teneatur punire talē negantem: & in mēdacio deprehenſum in quinq; ſol. ꝝ. ratione cuiuſlibet libræ ualoris dicte rei & eum condēnare: cuius condēnatio medietas ſit petentis diuiſionem ſibi fieri. Et inſuper ſi aliquis conſortē citari fecerit ſiue cū aliquo habentē rem cōmunē ut ad diuiſionem ueniat requiri fecerit. Et ſi talis cōſors ſiue ſocius cōparuerit: & ꝙ cōfeſſus fuerit rem eſſe cōmunē: tunc eligatur homo unus ab una quaq; parte ad talem diuiſionem faciendam: & ſi tales homines nō fuerint cōcordes: tunc Poteſtas & ſua curia ter

tium

tium eligere debeant cuius mandato pareatur. Si uero cōſors citatus nō uenerit & cōtumax fuerit in ueniendo idem officialis corā quo fuerit quæſtio teneat eligere unum uel duos: qui diuiſionē faciant de re p̄dicta cōmuni de qua eſt quæſtio & electio capiē di detur p̄ſenti & petenti diuiſionem fieri & ſuper p̄dictis procedat ſūmariæ de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii: & tali proceſſui de nullitate opponi nō poſſit.

Quod aſigliato nō detur ultra uiginti ſol. rub. 139.

STatuerunt etiā ꝙ quicunq; aſigliatū fecerit de cætero poſſit expendere in eo uſq; ad quantitatem .xxx. ſol. ꝶ. & non ultra. Et nullus donum aliud ſiue manciam aliquā facere de aliquibus rebus alicui cōpatri uel comatri uel alicui de domibus eoꝝ tp̄e quo aſigliatū faciūt poſſit: & qui cōtrafecerit ſoluat noie bāni donās & mandans atq; recipiens centū ſol. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem bāni.

Quod nemini liceat hr̄e diſcos ante ſtationē in ſtratis publicis. rub. 140.

ITem ſtatuerunt ꝙ aliquis habēs ſtationē in ciuitate Piſauri uel burgis nō audeat retinere diſcum in platea cōmunis ſiue ſtratis publicis cum aliquibus rebus uel ſine & qui contrafecerit ſoluat nomine banni quinq; ſoldos rauen̄. & credatur ſacramento accuſatoris & habeat medietatem banni: & non intelligatur in calzolaris qui uenerint quolibet die ſabbati in platea ad forum & in diebus kalendarum.

De piſcibus & carnibus fetidis nō tenēdis in platea cōis nec alibi ad uēdēdū. rub. 141.

STatutum eſt etiam ꝙ nullus terrigena comitatinus uel forenſis debeat uel poſſit mittere nec mitti facere ſeu tenere aliquem piſcē fetidum in platea magna cōmunis nec in aliqua parte ciuitatis: nec aliquas carnes fetidas ad uēdendū. Et qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni uice qualibet .xl. ſol. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni. Et proiciantur in mari carnes & piſces.

De nō equitando in ſomerio alicuius tēpore uindemiaꝝ. rub. 142.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla perſona tēpore uindemiaꝝ præſūmat equitare in ſomerio alieno ſine licentia illius cuius eſt: pœna & bāno uiginti ſol. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni: nec aliquis aliquo tēpore uadat equitando ſuper aliquo ſomerio per plateam magnam communis nec eum currendo ducat: pœna quinq; ſol. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

De tricolis nō ualentibus emere ante nonā: & auibus uenalibus nō reportandis: & de beccariis nō debentibus emere in curte. rub. 143.

STatutum eſt etiam ꝙ nullus tricolus uel tricola uel hoſpes uel alius audeat uel præſūmat de cætero emere uel permutare uel emi facere cauſa reuendendi aliqua uictualia cuiuſcūq; cōditionis exiſtāt extra ciuitatē /a/ fonte capriliæ citra /a/ ponte morelloꝝ citra & /a/ molēdino inualcherie citra: uel in ciuitate ante nonā: pœna & bāno .xx. ſol. ꝶ. ꝓ quolibet & q̄libet uice: & cuilibet cōpetat accuſatio. Et ꝙ nullus tricolus uel tricola ſtet ad uēdendū uel emendū poma uel alias res ante ſtationē alicuius dū eſt bonū tēpus ita ꝙ in platea poſſit ſtare: pœna & bāno uiginti ſol. ꝶ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni: & ꝙ nulla tricola debeat filare/depanare uel torquere in platea cōmunis: & dum moratur ad uendendū poma & alias res pœna & bāno quinq; ſoldos rauen̄. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni. Et quicunq; portauerit uel habuerit cauſa uendendi in platea magna cōmunis uel alibi per ciuitatem aues infraſciptas ſcilicet pernices / fagianos / turtures / turdos / merlas / qua-

leas/anates aut quaſlibet alias aues nõ debeat nec poſſit eas reportare: imo ipſas uẽdere teneatur. Et qui cõtrafecerit ipſa inreportãdo cõdẽnetur uice qualibet in decẽ ſol. ꝝ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni: & credatur ſacramẽto accuſatoris: & Poteſtas teneatur de ꝑdictis inquirere ad petitionẽ cuiuſlibet nunciãtis: & idẽ ſtatutũ eſt in beccariis & eoꝝ famulis & ſociis: qui nõ debeãt nec poſſint ullo tẽpore emere hedos/ & agnos nec in ciuitate nec extra: in tota eius curte: ſub pœna .xx. ſol. ꝝ. cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni.

Quod nullus uendat amigdolas tecentes in platea. rub. 144.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus præſũmat amigdolas recẽtes & nõ plenas uendere in platea cõmunis uel alibi de menſibus Aprilis & Maii: pœna & banno uiginti ſol. ꝝ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

Q đ nullus mareſcalchus debeat maſcalzare in ſtratis publicis. rub. 145.

STatuerũt ẽt ꝙ nullus mareſchalcus debeãt maſcalzare uel ſanguinare aliquã beſtiã in ſtratis maioribus cõis Piſauri: & qui contrafecerit ſoluat nomine bãni .xx. ſol. ꝝ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni & ſtetur ſacro denunciantis.

Quod animalia mortua prohiciantur in littore maris. rub. 146.

ITem ſtatuerunt ꝙ animalia & beſtiæ mortuæ debeant de cætero poni & prohici in littore maris ultra portum & ultra genicã & nõ alibi: & qui cõtrafecerit ſoluat nomine bãni uiginti ſol. ꝝ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni.

Quod nulla mulier portet rocham per plateam. rub. 147.

STatutum eſt etiam ꝙ nulla mulier portet uel teneat colum ſiue rochã per plateã magnã cõmunis extra domũ ſuam: & qui cõtrafecerit ſoluat nomine bãni quinq; ſol. ꝝ. uice qualibet. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatem bãni.

De laycis habentibus poteſtatem eligendi clericos. rub. 148.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis laycus de ciuitate uel diſtrictu Piſauri habuerit poteſtatẽ/ facultatẽ/ licentiã/ & electionẽ eligendi ſeu poſtulandi aliquẽ ad aliquod officium uel ad aliquam dignitatem clericoꝝ ſiue clericatus eligere & nominare debeat de hominibus & perſonis qui continue in ciuitate & diſtrictu Piſauri habitauerint /a/ decẽ annis citra: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni centum libras ꝝ.

De ſpaltis domorum & de domibus deſtruendis. rub. 149.

STatutũ eſt ẽt ꝙ /a/ porta ciuitatis porte curine uſq; ad portã maris per uiã tectã & /a/ põte ſancti Caxiani uſq; ad portã feneſtrã ciuitatis/ dñi domoꝝ ex utraq; parte ſtratę publicę domos eoꝝ ex parte anteriori debeãt hr̃e muratas muro de lapidibus & calce alto ſaltẽ .xv. pedibus. Et ꝙ nullus poſſit uel debeat hr̃e ſpaltũ traſannã ſeu porticũ quæ nõ ſit alta /a/ terra decẽ pedibus adminus. Et ſpaltus nõ pertendat uerſus plateã ultra quinq; pedes. Et ꝙ illi qui habẽt domũ uel domos circa plateã magnã teneãtur & debeãt eoꝝ porticus & traſannas eleuare & eleuatas tenere duodecim pedibus a terra. Et ꝙ oẽs porticus ſiue traſanne dictaꝝ domoꝝ nõ debeãt ꝓtendi uerſus plateã ultra quinq; pedes ut ſupra. Et ꝙ oẽs uolentes habere porticus ſiue ſpaltos debeant hr̃e ſpaltos muratos & nõ de aſſibus .ſ. de calce uel de geſſo muratos. Et ad ꝑdicta faciẽda habeãt terminũ unius anni /a/ die publicationis pñtis ſtatuti: & quicũq; cõtrafecerit ſoluat cõi noĩe banni quinquaginta lib. ꝝ. Et ꝙ oẽs hñtes domos in ciuitate in burgis & in futurũ habebunt teneantur & debeant eoꝝ domos tenere edificatas & bene cõſtru

ctas ne ruinas minarent: & reficere ſi reficere indigent. Et ꝙ nullus in ciuitate uel bur gis Piſauri audeat uel pſũmat deſtruere ſeu deſtrui facere domos aliquas cuiuſcũq; cõdi tionis exiſtãt niſi eas uellẽt reficere uel de nouo in melius edificare ſub pœna. 50. lib. ꝶ. cõi ſoluẽda/a/quolibet cõtrafaciẽte & nihilominus ad refectionẽ domus ꝑciſe cõpellat.

De rebellione caſtroꝝ uel uillaꝝ comitatus Piſauri. rub. 150.

STatuerũt: ne de cætero hoĩes caſtroꝝ ſeu uillaꝝ comitatus Piſauri ſeu quiuis alius ſpecialis: de ſua rebellatione & cõtumacia uel malitia: quã cõmiſerit uel cõmittent impoſterũ cõtra cõe Piſauri: ꝓmiũ debeãt reportare: decreuerũt ꝙ quecũq; uniuerſitas de ꝑdictis ſeu quilibet alius ſingularis in rebellatione uel bãnimẽto eſt uel fuerit impo ſterũ deprehenſus: cõtra cõe piſauri: exnunc ſit ipſo facto priuatus oĩ priuilegio benefi cio cõmodo: quibus gaudent cæteri ciues & comitatini Piſauri. Præterea ꝙ oẽs colle ctas impoſitas & ĩponẽdas pro cõe Piſauri toto tꝑe rebellationis eoꝝ & alias factiones reales & pſonales dicto cõi Piſauri debeãt integre pſoluere duplicatas oĩ cõpoſitione & abſolutione remota a quibus abſolui nõ ualeãt ullo modo. Et ſi abſolui de facto cõtin geret per cõſiliũ uel alio quocunq; modo: nihilominus ꝑpetuo ſup oĩbus ꝑdictis poſſit cogi & cõpelli ad denunciationẽ cuiuſlibet poſtulãtis. Et ſuper abſolutione taliũ Pote ſtas nõ poſſit proponere nec etiã reformare: & nullus etiã cõſulere ualeat ſuper his pœ na centũ lib. ꝶ. cuilibet cõtrafaciẽti de quo deinde ad decẽniũ ualeat a quolibet accu ſari. Et Poteſtas talis ꝓponẽs uel reformãs ſit a ſuo officio ipſo facto priuatus: & hoc ſit ꝑciſum & truncũ: & ſi aliqđ caſtrũ/ſeu uilla ſe rebellauerit cõi Piſauri funditus de beat deſtrui & aliquo tꝑe in futurũ in illo loco redificari nõ ualeat nec poſſit.

De pœna tenentium res quas alienauerint in ſuo alibratu & pœna permitẽtiũ rem quã aquiſiuerint in alieno alibratu eſſe. rub. 151.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus de ciuitate uel eius comitatu Piſauri/& diſtrictu ſiue ha bitator eorũdẽ teneat in ſuo alibratu rẽ aliquã: quã uendiderit uel in aliã trãſtule rit quocũq; modo uel titulo per ſe uel aliũ tã ipſe q̃ aliquis ſuus ꝑdeceſſor. Siue cuius rei fructus tãq̃ uerus dñs nõ pcipit/ſiquidẽ in ciuitate fuerit ultra duos mẽſes. Si uero in comitatu ultra tres menſes a die uenditionis ſeu cuiuſcũq; ceſſionis cõtinue cõputã dos. Et eodẽ modo nullus rem aliquã quocũq; modo uel titulo aquiſitã ſiue cuius fru ctus pcipit ꝑmittat eſſe in alterius alibratu ultra terminos ꝑdictos ſingula ſingulis re ferendo ſub pœna decẽ lib. ꝶ. cuilibet cõtrafacienti ſũmarie de plano ſine aliqua dimi nutione auferenda totiens quotiens fuerit per aliquẽ cõtrafactũ. Forenſes uero qui in ꝑdictis deliquerint & ĩfra terminũ ſuperius comitatinis aſignatum ꝑdicta nõ fecerint ſingula ut ꝑmittit ſingulis referendo pœna ſimili ipſo facto ſubiaceant. Declarãtes ex preſſe ꝙ ipſi forenſes pœna huiuſmodi mulctari debeant/ſi & inquantũ exinde cõmu ne ꝑdictũ in aliquo lederetur ſiue quomodolibet aliter dãnum pati poſſit alioquin ne quaquã. Et cuilibet liceat delinquẽtes accuſare & denunciare & habeat medietatẽ bã ni & nomen eius teneatur in ſecretum. Quoꝝ quidẽ exceſſuum cognitio ad officium Vicarii gabellæ qui pro tempore fuerit: & ſue curie ſpectare debeat.

Quod nullus ſcalus fiat in littore maris niſi in littore ligabiciarum & caſtri medii. rub. 152.

STatuerunt ꝙ nulla nauis in aliquo loco diſtrictus Piſauri in mari uel in terra one rari uino/blado/carnibus/cepis/caſeo/oleo/ſeu aliis uictualibus poſſit niſi in portu

ſiue in riua Piſauri poſita ꝓpe ciuitatē Piſauri vȝ. agenica uſqꝫ ad pontā ſubriue. Et ꝙ in dicto loco prohibito nō poſſit aliquā nauim aliquis de lapidibus lignis uel calce ali quatenus incarcare nec ad ciuitatē Piſauri portare & ibi diſcarcare eadē. Et qui cōtra fecerit nauim & caricū amittat & cōi Piſauri applicet / & nihilominus in ducētis libris cōi Piſauri cōdēnet cuius bānū & pœnæ tertia pars ſit accuſatoris. Et ꝙ Poteſtas nec aliquis alius debeat uel poſſit ꝓponere / nec ꝓponi facere in cōſilio ꝙ p̄ſens ſtatutū rū patur. Et ſi ꝓpoſitū fuerit ꝑ aliquē nō patiat. Qui uero ꝓpoſuerit uel cōſulerit: offendi poſſit ſine pœna in perſona / & in rebus in regimine & poſt regiminis complementum. Et nihilominus tā ꝓponēs q̄ cōſulēs in ducētis lib. ꝶ. pro uice qualibet cōi cōdēnet & nulla comunātia caſtrū ſeu q̄uis alia pſona. Audeat uel p̄ſūmat riuā aliquā ſeu portū ubi naues trahi poſſent uel ſtare / facere uel fieri facere aut faciētibus dare: ſeu p̄ſtare au xiliū cōſiliū uel fauorē: a flumine taulli uſqꝫ ad riuā ſubriue. Et qui ſecus fecerit uniuer ſitas ſeu cōmunātia in mille lib. ꝶ. cōi Piſauri pſoluēdis ſine remedio cōdēnet. Et ꝙ ipſi & eoꝝ heredes ad ciuitatē ſeu riuā ipſius: uinū portare uel portari facere nō ualeāt ſub pœnis annotatis. Et pro exbānitis cōis Piſauri ꝑpetuo habeant. Et ꝙ nullus de cętero audeat uel p̄ſūmat uinū ſuū uel alienū uēdere ꝑmutari facere uel quocunqꝫ alio titulo tranſferre qui carcaret alibi q̄ ad ſolitā riuā maris ciuitatis Piſauri ſeu portaret. Et qui cōtrafecerit ſoluat noīe bāni cōi libras cētū deñ. ꝶ. & cuilibet cōpetat accuſatio & ha beat medietatē bāni. Addiciētes ꝙ portus caſtri medii & ligabiciaꝝ ſtent ꝓut ad p̄ns ſtant / & in ipſis caricari poſſint licite naues & nauigia more ſolito & hoīes dictoꝝ ca ſtroꝝ duoꝝ licite poſſint manutenere & reparare adueniente caſu reparationis.

Quod condēnati ad mortem poſſint teſtari. rub. 153.

ITem ſtatuerunt ꝙ cōdēnādus & cōdēnāda ad mortē pro quocūqꝫ maleficio pctō crimine ſeu quouis alio noīe: poſſit teſtari & teſtamentū facere & alias ultimas uo luntates & teſtamentū: & alie ultime uoluntates ualeāt ac ſi nō eſſent cōdēnati uel cō dēnandi nullo iure ſiue ſtatuto obſtante.

Quā pœnam patiatur nō probans accuſationem: & quod uictus uictori in ex penſis condēnetur. rub. 154.

STatuerunt etiā ꝙ ſiquis accuſauerit aliquē in curia cōis Piſauri & ſuā accuſationē nō ꝓbauerit per cōfeſſionē aduerſarii uel per legitimā ꝓbationē uel ſaltē ꝑ plenā p̄ſumptionē uel per unū teſtē idoneū ſi quātitas qua accuſatus uel cōdēnandus eſſet ſi ꝓbaret accuſa aſcēdere uſqꝫ ad ſūmā .x. lib. uel infra cōdēnetur accuſans uice q̄libet in quinqꝫ ſol. Declarātes in cauſis ciuilibus a .x. lib. infra unū teſte oī exceptione maiorem ſufficere ad plenā ꝓbationē cū iuramēto ꝓducentis. Si uero dicta quātitas aſcenderet ultra quātitatē .x. lib. ꝶ. uſqꝫ ad quātitatē .xxv. lib. cōdēnetur accuſans uice q̄libet in .xx. ſol. ꝶ. Si uero dicta quātitas aſcēderet ultra dictā quātitē uſqꝫ ad quātitatē .50. lib. cō dēnetur in cētū ſol. ꝶ. accuſans. Si uero quātitas aſcēderet ad ſūmā cētū lib. ꝶ. uel ab inde īfra .ſ.a. 50. lib. ſupra cōdēnetur in .x. lib. ꝶ. uice qualibet. Si uero accuſatio eſſet de homicidio falſitate uel latrocinio / ꝓdictione / īcēdio / ſiue de aliquo alio maleficio de quo īmineret periculū mortis cōdēnetur accuſans ſuā accuſam nō probans in centū lib. ꝶ. Si uero dictā accuſationē ꝓbauerit ꝑ ꝯfeſſionē aduerſarii ꝑ legitimā ꝓbationē uel ꝑ plenā p̄ſūptionē uel ꝑ unū teſtē idoneū in nullo cōdēnet. Et ſemꝑ in oībus accuſationibus uel q̄re lis cuiuſcūqꝫ cōditionis exiſtat Iudex teneat uinculo ſacri uictū uictori in expēſis cōdēnari.

Quæ

Quæ beneficia conſequatur inquiſitus de aliquo maleficio propter confeſſionē pacem & ſolutionē ante condēnationem. rub. 155.

ITē ſtatuerunt ꝙ quilibet inquiſitus uel irrepetitus de aliquo delicto / qui in ſua prima excuſatione / inquiſitione / denunciatione / uel accuſatione corā Iudice nulla tortura ꝓcedēte / delictū de quo cōtra eum proceditur fuerit cōfeſſus: in ꝓmium dicte ſue cōfeſſionis auctoritate ꝑſentis ſtatuti cōſequatur ipſo iure remiſſionē quarte partis pœnæ: in qua condēnandus ueniret / ſi de delicto cōſtaret in iudicio / aliter ꝗ per cōfeſſionē eius. Si uero maleficiū ſponte cōfitebitur ut ſupra & pacē de delicto obtinuerit inſtrumentum ipſius pacis produxerit ante ipſius cōdēnationē in caſibus in quibus pax fieri nō prohibetur per ſtatuta quod inſtrm̄ pacis ante ſniam quādocunq; producere poſſit: tūc a dimidia cōdēnationis ordinarie ſibi remittatur. Si uero cōfeſſus fuerit & ſoluere uoluerit ac actualiter ſoluerit ante cōdēnationē licet pax nō habuerit: tunc dimidia tātum cōdēnatis ordinarie ſoluere teneat̃. Si uero maleficiū cōfeſſus fuerit & pacē ut ſupra ꝓduxerit & ante cōdēnationē ſoluere uoluerit: capita ſoldoꝝ tm̄ cōdēnationis ordinarie ſoluere teneat̃: & eo caſu nullatenus cōdēnari poſſit: ſed ꝓceſſus per Iudicē circundari & ꝙ capita ſoldoꝝ debeant per malefactores eo caſu ſolui: hoc modo vz. in offenſionibus ꝑſonalibus ubi ꝑcutit̃ ꝑſona ferro / ligno / claua / lapide / pede / manu uel alio genere armoꝝ irate & ſanguis exiuerit ſoluat cōi pro qualibet libra: qua cōdēnādus eēt offenſor qnq; ſol. ꝑ. pro aliis uero iniuriis & ꝑcuſſionibus ſol. tres pro ꝗlibet libra qua cōdēnādus eſſet malefactor admiſſis bñfitiis pacis & cōfeſſionis ſeu altero tm̄ / & ſi pax facta fuerit de oi eo: quod cōtinet̃ in accuſatione denunciatione ſiue inquiſitione ſemꝑ intelligat̃ & referat̃ talis pax generalis ad probata & cōfeſſata & nō obſtāte tali pace generali ſiue in genere facta talis malefactor puniatur uel puniri debeat ſolūmodo de probatis uel cōfeſſatis. Si uero talis malefactor pro parte eius de quo cōtra eū proceditur ꝓdicta ſcilicet: cōfeſſionē inſtrm̄ pacis uel ſolutionē uel aliqḋ ꝓdictoꝝ fecerit admittat̃ ad bñficia ſupradicta reſpectiue. Et ꝓdicta nō uendicēt ſibi locū in dānis datis & in officio gabellaꝝ uel in his quæ ꝑ officialē gabellæ cognoſcunt̃ ꝓdicta ēt nō uēdicent ſibi locū ubi cōtra aliquē ꝓcederet̃ de ꝓhibita portatione armoꝝ ſiue de aliquo ludo uetito per formā ſtatuti. Quibus caſibus bñficiū aliquod ꝓdictoꝝ ꝓter beneficiū confeſſionis modo aliquo nō ſuffragetur. Addicientes tñ ꝙ ſi per aliquē ex officialibus uel familiaribus Poteſtatis repertus fuerit aliquis arma portare huiuſmodi ꝓhibita: uel ad aliquem ludum uetitum ut præmittitur luderet dictum beneficium cōfeſſionis nō cōpetat quoquomodo. Sed pœnam integram ſoluere teneatur.

Quod quilibet poſſit pacē facere de exceſſibus cōmiſſis in perſonis illorū qui nō reperiuntur in ciuitate uel comitatu Piſauri. rub. 156.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi procederet̃ cōtra aliquē de ciuitate & diſtrictu uel alias habitatorē & diſtrictus Piſauri de & ſuper aliquo maleficio aliquo modo & ille in quē tale maleficiū eſſet cōmiſſum de quo ꝓcederet̃ nō reperiretur in ciuitate uel comitatu Piſauri nec in locis propinquis dicte ciuitati Piſauri ꝙ quilibet de cōſilio generali ciuitatis Piſauri poſſit pacē facere illi cōtra quē procederetur. Et ualeat ac ſi per ipſum iniuriā paſſum facta eſſet talis pax & idē in oībus delictis maleficiis & iniuriis ex quibus nō uideret̃ alicui iniuriari niſi cōmune: ꝓdicta tñ ſibi nō uēdicēt locū in iniuriis alicui ciui uel habitatori cōtinuo ciuitatis uel comitatus factis de quibus cōtra aliquē proce

deretur de quibus nõ debeat nec fieri poſſit pax nec facta admitti niſi facta eſſet per eum in quẽ delictũ eſſet ꝑpetratum uel alium qui de iure cõmuni illa facere poſſet.

Quod nullus faciat oliuas in ciuitate nec morchiam prohiciat in foſſatis: & de ordine tenendo ſuper oliuis macinandis. rub. 157.

STatuerunt ẽt ꝙ nullus homo qui oliuã fecerit debeat mãdare ꝓhicere ſiue ꝓhici facere morchiã in foſſatis cõis nec in uiis publicis. Et qui contrafecerit ſoluat pro bano uice qualibet.xl.ſol.ꝝ.nec aquã exeuntẽ de ordegno in foſſatis retinere ſeu foueis iuxta ſtratã publicã cõis: & qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni cõi.xl.ſol.ꝝ. & cuilibet cõ petat accuſatio & habeat medietatẽ bãni. Et ꝙ oẽs exercẽtes ſeu exerceri faciẽtes artẽ oliuæ in molẽdinis uel ordignis teneãtᷣ ſtatim qñ morchia facta fuerit portare ſeu por tari facere extra ciuitatẽ & burgos uel ad claucam molendinoꝝ portæ curinæ in aquis currẽtibus: & nõ poſſint ipſam morchiã in foueis retinere nec prohicere nec prohici fa cere in ciuitate & burgis: & qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni centum ſol.ꝝ.

Prouiſio fienda per pretorẽ circa dños molendinoꝝ oliuæ. rub. 158.

ITem ſtatuerũt quia utilitas publica ꝓferẽda eſt priuatæ ꝙ in principio mẽſis Iulii cuiuſlibet anni: Poteſtas qui pro tpe fuerit teneatur & debeat corã eo citari facere oẽs dños molẽdinoꝝ ab oleo in ciuitate & comitatu Piſauri. Et ſi citati & proclamati nõ eſſent debeãt per ſe cõparere ad reſpondendũ ſup cõtentis in ſtatuto: & eis corã ſe cõuocatis & coadunatis: interroget dictus Poteſtas ſeparatim & generalr̃: ꝓdictos dños exercere uolẽtes artẽ molẽdinoꝝ: ſi in eodẽ anno uoluerint exercere artẽ oliuæ & mo lendinoꝝ: accipiendo ſex quartos raſos oliuæ ad quartum cõis Piſauri & reddere oleum unius medri: & ſi dixerint ſic: ſcribatur per cãcellariũ cõis. Si uero dixerint nõ oẽs uel aliqui ꝓdictoꝝ ꝙ facere teneantur ſine mora aliqua uel cõditione aliqua / Poteſtas ſine mora cõſiliũ generale teneatur cõuocari facere: & in eodẽ cõſilio proponere quid agen dum ſit de oliuis recipiendis cũ dñi molendinoꝝ interrogati reſpõdiderint ꝙ noluerint pro ſex quartis raſis reddere medriũ olei. Et quod firmatũ fuerit in eodẽ cõſilio de oli uis recipiendis ſeu de molẽdinis cõducẽdis: & de oĩbus utilibus & neceſſariis circa præ dicta habeat pleniſſimã firmitatẽ. Et Poteſtas teneatur uinculo ſacramenti exequutioni mandare deliberata in cõſilio & ita & taliter ꝙ in kal'is oĩum Sanctoꝝ molẽdina ab oleo ſint parata ad recipiẽdũ oliuas hoĩum ciuitatis Piſauri ac eius comitatus. Et ꝙ dñi molendinoꝝ interrogati dicentes nolle exercere illo anno artẽ molendini & oliuæ modo ſupraſcripto nullatenus eodẽ anno poſſint uel debeant per ſe uel aliũ directe uel indirecte exercere artẽ molendinorũ ab oleo: & dicto caſu domini molendinoꝝ teneantᷣ dare ad affictum eorũ molendina cõi uel aperire molendinos fulciros ad molẽdũ: acci piendo de quolibet octo libris olei: unã librã totũ nochiũ iuxta ſolitũ & cõſuetum.

De his ad quæ tenentur dñi molendinoꝝ oliuæ. rub. 159.

vide L° VI° 121

STatutum eſt etiã ꝙ domini molendinoꝝ ciuitatis & comitatus Piſauri: & quæli bet alia pſona: quæ artem oliuæ exerceret uel exerceri faceret teneatur & debeat quolibet anno de menſe Octobris quoequari facere & ẽt apomodari bullari duos quar tos & duos medios quartos & unam bernardã tenendo: & ligando ad quãlibet dictarũ menſurarum unam raſoram rotundam & groſſam unam ſpanam in circuitu & cathe nellam de ferro ligatã: & nullã aliã menſurã in molendinis eoꝝ habere nec tenere pœ na & bãno centũ ſol.ꝝ. pro quolibet & qualibet uice: & cuilibet cõpetat accuſatio &

habeat

habeat medietatē bāni. Et ꝙ extraordinarius Poteſtatis teneať uinculo ſacramēti qua libet ebdomoda qua ſit oleū ire ad molendina & ſcruptari ſi tales quarti & menſure ſunt in dictis molendinis & ſi inueneric aliquos cōtrafaciētes procedere ad exequtionē dictę pœnæ. Et ꝙ dñi molendinoꝝ uel alie perſonæ quæ artē oliuæ exercerent uel exerceri facerent non accipiant oliuas aliter ꝗ ad quartū raſum: nec patiať ꝙ aliter oliuæ dentur pœna & bāno decē lib. ꝟ. Et ꝙ extraordinarius Poteſtatis qualibet ebdomoda qua oleum fit teneať inquirere de ꝓdictis. Et ꝙ in quolibet molēdino debeat unus bonus legalis homo litteratus & ſciens ſcribere qui ſemper debeat eſſe ad ſcribēdū oliuas portantium ad molendinum & cuius ſit & nō patiatur aliter oliuā dari niſi ad quartū & medium quartū & cū raſura & quartarola ſiue bernarda raſa: & ꝙ idem officialis radere teneať pœna quadraginta ſol. ꝟ. & credatur teſti de ſuo facto dicenti & ſingulari: & ꝙ domini molendinoꝝ teneantur reddere oleum cuilibet danti infra uiginti dies bonum ſine aliquo uitio uel fetore / poſtꝗ dans oliuas cōpleuerit totas oliuas dare abſq; libelli oblatione & figura iudicii & ad exequtionem ipſius ſacramento partis probanda nulla taxatione /a/ iudice fienda: & nihilominus cōtrafaciens condēnetur cōmuni in quadraginta ſol. ꝟ. nō obſtante aliquo pacto facto uel fiendo inter dantes oliuas & recipientes: & ꝙ nullus debeat dare oliuas collectas per terram ante feſtum omnium ſanctorum: ſub pœna uiginti ſol. raueñ. pro quolibet quarto.

Qđ nō liceat capitaneis caſtroꝝ ꝑnotare extra caſtra ſine licētia. ru. 160.

ITem ſancitum eſt ut de cætero nō liceat capitaneis caſtrorum ciuitatis Piſauri tā electis ꝗ eligendis uel eoꝝ ſubſtitutis extra loca eis cōmiſſa recedere ſeu pernotare ſine licētia Illuſ. Dñi ſeu locūtenētis eiuſdē qui pro tēpore in dicta ciuitate fuerit: ſub pęna lib. decē boñ. pro qualibet uice. Iniungenteſq; & mādantes maſſariis caſtroꝝ quatenus die ſequenti poſt receſſum & pernotationē eoꝝ capitanei ſeu eius de cōſenſu domini ſubſtituti extra loca dicte eoꝝ iuriſdictionis debeāt & teneanť receſſum & pernotationem huiuſmodi præfato locumtenenti inſinuaſſe: ſub pœna iam dicta utroq; caſu ſibi de facto ſine diminutione auferenda pro dimidia in dictis caſibus applicanda denunciatori ſeu accuſatori qui dictos capitaneos uel eorum ſubſtitutos aut maſſarios in prædictis culpabiles denunciauerit ſeu accuſauerit cui fidē adhiberi ſancitum eſt cum uno teſte oī exceptione maiore & pro reliquo camere fiſcali.

Quod officiales teneantur delinquentes quos ſciuerint denunciare in ſcriptis ſyndico fiſcali. rub. 161.

VOlentes opportune prouidere ne maleficia remaneant impunita: & etiam ne officiales pœnas quas multotiens exigunt in proprios uſus conuertant ne eorum culpa aut negligentia delicta ocultentur præſenti ſtatuto imperpetuum ualituro. Sancitum & ordinatum eſt ꝙ ſocius miles Poteſtatis noſtri Piſauri officialis extraordinarioꝝ necnō etiā officialis cuſtodie qui in dicta ciuitate noſtra pro tēpore fuerint perquirentes rimantes inuenientes blaſſemantes & arma defferentes ludentes ad ludos prohibitos euntes de nocte ſine lumine & oēs & ſingulos alia delicta perpetrantes contra formā iuris & ſtatutoꝝ dicte ciuitatis Piſauri / ſeu bannimentoꝝ ex parte Illuſtriſ. Domini emanatoꝝ ſeu impoſterum emanandorum de his qui pertinent ad eorum officiū reſpectiue dictos repertos culpabiles teneantur deſcribere in ſua uachetta incontinenti eadem die uel ſequenti poſtꝗ ſciuerint eos delictū perpetraſſe & denunciaſſe in ſcriptis

procuratori camere fiſcalis in dicta ciuitate ſub pœna decem librarum per quemlibet officialem: qui contrafecerit & qualibet uice irremiſſibiliter perſoluenda.

Quod Notarius maleficiorum nõ debeat circundare proceſſus irrequiſito procuratore & ſyndico fiſcali. rub. 162.

STatutum eſt etiã ꝙ Notarius maleficioꝝ nõ debeat circũdare aliquẽ ꝓceſſum criminalẽ etiã ꝑtextu gratiæ alicuius etiã libere niſi prius requiſito dicto ꝓcuratore: & ſibi oſtenſa cauſa cuius uirtute ꝓceſſus ꝑtenderet circũdari: quã tñ cauſam uolumus in ſcriptis apparere: ſub pœna decẽ lib. in qua cõtrafaciẽs defacto incurrere intelligaẽ.

Quod officiales Piſauri habere debeant uachettas & libros bullatos & carthulatos pro deſcribendis maleficiis & inuentionibus. rub. 163.

ITem ſtatuerunt ꝙ omnes officiales prædicti & quilibet alii officiales Piſauri teneantur & debeant oẽs ſuos libros & uachettas tenere ſignatas ſigillatas/ſeu ſignatos & ſigillatos ſigillo & ſigno retento per ſyndicum fiſcalẽ. Et quod Cancellarius cõis Piſauri teneatur & debeat dictos libros & uachettas intitulare & numerũ carthaꝝ deſignare ut fraudibus obuieẽ. In quibus libris uachettis dũtaxat & nõ in aliis dicti officiales reſpectiue deſcribere debeant querellas/inquiſitiones/accuſationes/denunciationes & inuentiones & alios proceſſus deſuper oportunos/ſub pœna decem librarum boñ. a/quolibet eorum de facto pro qualibet uice auferenda.

Quod pœnæ nõ poſſint per officiales retineri. rub. 164.

STatutum eſt etiã ꝙ capitanei comitatus dicte ciuitatis Piſauri & alii officiales nõ poſſint nec debeãt penes ſe retinere aliquã pecuniaꝝ quãtitatẽ ſpectãtẽ ad camerã rõne alicuius inobediẽtiæ cõmittẽdæ ꝑ ſubditos uel alia quauis de cauſa ſed eas ꝑ eoꝝ chirographũ ſeu bollettinũ trãſmittere teneantur cũ effectu in manibus depoſitarii in ciuitate prædicta Piſauri infra terminũ triũ dierũ /a/die qua dictas pecunias exigerint cõputandorũ ſub pœna decẽ lib. boñ. pro qualibet cõtrafaciẽte fiſco noſtro pſoluẽda.

De mercede ſocii militis & aliorum officialium ciuitatis Piſauri facientium exequtiones in dicta ciuitate Piſauri: & etiã extra. rub. 165.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt pro maiori declaratione ſtatuti poſiti ſub rubrica decima quarta in primo libro quod ſi contigerit per ſocium militem Poteſtatis Piſauri uel quẽlibet alium officialẽ dicte ciuitatis in cauſis ciuilibus fieri aliqua exequtio realis ſeu perſonalis ſiquidẽ in ciuitate/ & fuerit pro ſumma uiginti lib. uel infra: tunc habere debeat pro ſua mercede boñ. quatuor: & abinde ſupra quantũcunqꝫ fuerit quãtitas boñ. ſex & nõ ultra. Si uero in uillis dicte ciuitatis: tunc quantũcunqꝫ fuerit quãtitas boñ. ſeptem pro qualibet cauſa & uilla: dũmodo fuerit pro unica tantũ cauſa ſeu perſona/ ſinautẽ pro pluribus perſonis: tunc tantũdẽ ſalarii & mercedis habere debeãt: ſolũmodo pro rata inter perſonas pro quibus iuerint: ſinautẽ in caſtris/ tũc habere debeat boñ. quindecim: ſi pro uno tantũ iuerit. Sinautẽ pro pluribus perſonis tunc dicti boñ. quindecim ſoluantur pro rata ut ſupra proxime dictum eſt: & nõ ultra/ ſi iuerit ad unũ caſtrum. Si uero ad diuerſa caſtra & pro diuerſis perſonis ſoluatur arbitrio Poteſtatis dũmodo nõ excedat boñ. triginta ſoluẽdos pro rata inter perſonas pro quibus iuerit ſub pœna decem librarum pro qualibet uice camere applicãda & reſtitutionis in duplum illius quod extorſerit contra formam præſentis ſtatuti ſoluendum & reſtituendum illis /a/ quibus extorſerit.

De matricula

De matricula notariorum ciuitatis & comitatus & diſtrictus Piſauri: & pœna notariorum nõ matriculatorum exercẽtium officium notariatus in dicta ciuitate ſeu eiuſdem comitatu & diſtrictu. rub. 166.

STatutum & ordinatũ eſt ꝙ in cõmune Piſauri de cætero eſſe & fieri debeat liber ſuper matricula notarioꝝ dicte ciuitatis comitatus atq; diſtrictus eiuſdem. Qui quidem liber cuſtodiri & teneri in cuſtodiã debeat: per cãcellariũ cõmunis Piſauri. In qua quidẽ matricula ſcribi manu eiuſdẽ cancellarii debeant: nomina oium & ſinguloꝝ notariorũ dicte ciuitatis ac eiuſdẽ comitatus ac diſtrictus: notarie & tabelionatus officium exercentiũ. In qua quidẽ matricula nemo deſcribi inter notarios ꝑdictos poſſit aut patiatur: ꝙ nõ ſit ciuis comitatinus uel diſtrictualis origine propria paterna ſeu auita uel ꝙ domiciliũ in dicta ciuitate uel eiuſdẽ comitatu ſeu diſtrictu nõ haberet: ac extimum in cõmune Piſauri & onera ac factiones dicto communi pro dicto eſtimo nõ ſubiret: ac etiã nemo notarius de cætero deſcribi poſſit & ualeat qui ſit minor annoꝝ.xviii. & qui nõ adiuerit artẽ notarie ad bãchũ iuris ciuilis ad minus per unũ annũ. Ac etiã niſi primo per dñm Locũtenentẽ dicte ciuitatis Piſauri: & unum ex doctoribus.ll.ciuitatis prædicte: ac unũ expertũ notariũ dicte ciuitatis (quoꝝ cõſciẽtiæ in hoc intelligantur eſſe grauate) eligendos per cõſilium dicte ciuitatis: diligẽter examinatus fuerit: in & ſuper materia cõtractuum & ultimaꝝ uoluntatũ in duabus ſeu tribus formis cõtractuũ ſeu ultimaꝝ uoluntatũ tam in uulgarizando q̃ etiã in legendo ſeu notãdo litteraliter: Qua quidẽ examinatione facta: & examinato reperto idoneo: & relatione facta per dictos examinatores dicto conſilio: de qua quidem relatione cõſtare debeat per publicum inſtrumentũ manu dicti cancellarii/ſeu alterius publici notarii: ex nunc prout ex tunc in matricula ꝑdicta per dictũ cancellariũ: ꝑſtito tamen prius iuramẽto per dictũ cancellarium dicto notario de fideliter exercẽdo officiũ tabellionatus prout moris eſt: ſcribi debeat: & ſic pro ſcripto habeatˀ: & aliter ac alio modo nullus ad dictã matriculam admittatˀ ſeu recipiatˀ neq; infra notarios matriculatos deſcribatur quoquo modo: & ſi deſcriptus fuerit ſeu receptus cõtra ſeu ꝑter formã pñtis ſtatuti pro nõ recepto habeatˀ: & receptio & admiſſio nõ ualeat ipſo iure. Et nihilominus qui cõtrafecerit tã cãcellarius qui ſcripſerit: q̃ etiã notarius qui ſic ſcribi paſſus fuerit: puniatur uice qualibet pœna.xv.lib.ꝶ. Nulluſq; notarius qui nõ ſit matriculatus in matricula prædicta modo & forma quibus ſupra: poſſit ſeu audeat in ciuitate ꝑdicta ſeu eius comitatu aut diſtrictu inter ciues homines incolas & ſeu habitatores dicte ciuitatis & comitatus & diſtrictus ſeu etiã forẽſes ſeu etiã inter forẽſem ac ciuẽ: & econtra in dicta ciuitate comitatu ſeu diſtrictu cõtrahẽtes: cõficere publica inſtrã ſeu ſcripturas ꝑter quã acta & ſcripturas in cauſis ciuilibus: neq; ad aliquod officiũ tabellionatus in dicta ciuitate comitatu ſeu diſtrictu admitti poſſit: ſub pœna & bãno cõtrafacienti auferenda quinquaginta lib.ꝶ. pro quolibet inſtrumento ac qualibet ſcriptura quod ſeu quã repertũ fuerit feciſſe pro dimidia applicanda camere & pro alia dimidia applicanda accuſatori qui in hoc tenẽdus ſit in credentia: & nihilominus geſta ſeu inſtrumẽta uel ſcriptura talis & ſeu per tales facta ſeu facti nõ opitulenˀ in aliquo utentibus & ſeu producentibus & nõ ualeant ipſo iure. Et hoc ſtatutũ habeat locũ in futurũ & ſic poſt impreſſionẽ ꝑſentiũ ſtatutorum. Declarantes tñ ꝙ notarii qui ad ꝑſens uiuũt teneanˀ & debeãt per totũ pñtẽ annũ.1531. facere ſe approbari & matriculari modo & forma ꝑdicta & in euentũ ꝙ

nõ fuerint matriculati: quia nõ fuerunt inuenti idonei: tunc & eo caſu nõ audeant de cætero ac in futurum amplius in exercitio & arte tabellionatus ſe intromittere prout & ſicut ſupra expreſſum ac ſtatutum extitit: ſub pœnis & anullationibus ſimiliter ſupra expreſſis: facta tamen & geſta ac gerenda per omnes & quoſcũq; notarios ꝑdictos uiuos per totum præſentem annum. 1531. ualeant & teneant prout iuris eſt non obſtante ordine ſupradictæ matriculæ.

De fideiuſſionibus dandis ab his /a/ quibus offenſa timeť. rub. 167.

VIre ac ſaluti hominũ prouidere uolẽtes & maleficioꝝ materiã amputare cupiẽtes: cũ plerũq; diuitiaꝝ ac bonoꝝ apetitus hominis animũ ad ſe abſtinendũ /a/ male mutet ac refrenet. Ideo ſtatuerũt ac ordinauerũt/ ultra ſtatuta ac ordinata in primo libro ſub rub.xxxii.ꝙ ſi aliquis dubitauerit ab aliqua perſona poſſe offendi. Poſſit ab eo de quo dubitauerit ſatiſdationẽ petere: & Poteſtas ciuitatis Piſauri/ ſeu eius Iudex teneať & debeat facta fide tñ eidẽ ad minus per unũ teſtẽ omni exceptione maiorẽ de cauſa timoris ſi iuſta & legitima cauſa timoris fuerit: inſpecta cauſe qualitate & cõditione perſonaꝝ eũ /a/ quo ſatiſdatio petita fuerit: cũ effectu cogere & cõpellere ad idonee ſatiſdandũ ꝑdicto petenti de ipſum nõ offendendo per ſe nec per alium: nec ꝙ etiã aliquis de ſua familia ipſum offendet: ſub pœna ad arbitrium dicti dñi ꝑtoris & ſeu iudicis ſui taxanda & arbitranda inſpecta qualitate facti & cõditione perſonarũ dũmodo nõ excedat ducatos quingentros ab eodẽ offendente totiens auferenda: & pro dimidia petenti ſi cõtingerit offendi & pro alia camere quotiens fuerit cõtrafactũ: & qui dictã ſatiſdationẽ dare denegauerit/ſeu nõ potuerit ponať in bãno ciuitatis & comitatus & diſtrictus Piſauri de quantitate ꝑdicta taxanda & moderanda per dictũ dñm Poteſtatẽ: de quo bãno exire nõ poſſit niſi ꝑdictã ſatiſdationẽ cũ effectu ꝑſtiterit: & ſi pendente bãno in dicta ciuitate ſeu comitatu & ſeu diſtrictu eiſdẽ repertus fuerit detineatur ac in carceribus detẽtus teneať donec idonee ſatiſdederit. Et nihilominus uice qualibet qua pendẽte bãno territoriũ ꝑdictũ intrauerit ſeu uenerit puniať in lib.x.ꝗ. Et ſi pendente bãno aliquã offenſam intulerit in ꝑſona illius cui debuerit ſatiſdari puniatur pœna delicti ordinata per ſtatutũ. Et nihilominus quãtitatẽ bãni pro dimidia offenſo: & pro alia dimidia camere ſoluere cõpellať: & Poteſtas ac eius Iudex teneať ꝑdicta facere adimplere & obſeruare: ſub pœna in dicto ſtatuto ſub dicto primo libro cõtenta: & nõ poſſit aliter aliquos grauare ad ſatiſdandũ: ſub pœna prædicta niſi aliter ſibi impoſitum fuiſſet per Illuſ. dominos.

¶Explicit Liber Tertius.

OB PVBLICAM Vtilitatem & cõmodum uniuerſoꝝ ciuiũ & oppidanoꝝ ciuitatis comitatuſq; Piſauri tẽpeſtiuũ admodũ uidetur aggredi partẽ ultimã noſtre cõpilationis harꝝ municipalium ſanctionum. Quã partẽ de dãnis datis & officio dãnoꝝ datoꝝ intitulamus. Nouimus enim relatu multoꝝ & quaſi publico rumore quodã: qđ tã ciues q̃ incole & oppidani p̄dicti in eoꝝ agris itollerabilia dãna ſuſtinuerũt. Et qđ deterius eſt de p̄ſenti ſuſtinẽt in dies: ſiue quia ad plenũ antiquæ leges ſup inde minime edite ſunt: ſiue quia negligẽtia aut incuria officialiũ p̄dictoꝝ minus debite eoꝝ officiũ exercetium hoc eueniat. Multi enim ſũt: qui auſu quodã temerario die noctuq; per poſſeſſiones & agros p̄dictos pſonalr & cũ beſtiis pcurrũt inuadũtq;. Fructuſq; inibi exiſtẽtes depopulare & deuaſtare p̄ſũmũt. Qđ ciuibus icolis & oppidanis p̄dictis grauiſſimũ eſt uetiti fuerũt & ſunt. Et pp̄ ad coercendũ hos iniuſtos hoies ne maloꝝ ipunitas aliis peccandi licentiã tribuat ad materiã ipſam nos cõuertimus.

De officio & auctoritate ac iuramẽto notarii dãnoꝝ datoꝝ. rub. 1.

OFficiales ſuper dãnis datis: qui pro tẽpore fuerint ſint bonæ cõdictionis & famæ. Et iurare debeant eoꝝ officiũ: & habeãt iuriſdictionẽ ſuper eis & cohertionẽ cõuenientẽ: & ad petitionẽ cuiuſlibet petentis teneant̃ inquirere de quibuſcũq; dãnis datis & factis in ciuitate & comitatu Piſauri cõtra quoſcunq; dãnum dantes & repertos culpabiles punire tam perſonas q̃ animalia ſecundũ formã p̄ſentiũ ſtatutoꝝ de dãnis datis loquẽtiũ. Teneantur etiã præfati officiales in quaterno ſcribere omnes accuſas & denunciationes corã eis productas & factas infra octo dies a die porrectionis accuſæ ſub pœna quadraginta ſoldorum uice qualibet.

De modo & forma procedendi per officiales dãnoꝝ datoꝝ. rub. 2.

STatutum & ordinatũ eſt hac ſaluberrima lege: ꝙ officiales ſuper dãnis datis deputati poſſint ꝓcedere in oĩbus eoꝝ proceſſibus ſũmarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii omni ſolẽnitate iuris obmiſſa diebus feriatis & nõ feriatis: hoc eſt ꝙ libellũ nõ exigant/ nec litis cõteſtationẽ: ſed terminos & dilationes abbreuient inquãtũ cõmode poſſunt: nec exceptiones friuolas: nec cõtentiones aduocatoꝝ audiant: & ꝙ de nullitate proceſſuũ dictoꝝ officialiũ opponi nõ poſſit occaſione iuris ſolẽnitatis obmiſſe. Dum tamen citari & requiri faciant per plazariũ cõmunis inquiſitum per eos: ſeu corã eis accuſatũ uel denunciatũ pſonaliter: ſi eos inuenerit ſemel tantũ: alias domi & apud domũ eoꝝ ſolite habitationis bis diuerſis diebus & horis in p̄ſentia tamẽ unius teſtis utroq; caſu p̄dictis: quatenus infra terminũ octo dieꝝ: tunc proxime futuroꝝ ueniant & cõpareant corã ſuprafcriptis officialibus & eoꝝ curia ad ſeipſos excuſandos & defendendos a ſupradictis inquiſitionibus: denunciationibus & accuſationibus/ quibus/ ut ſupra citatis in dicto termino nõ cõparentibus procedatur cõtra eos in eoꝝ cõtumatiã: ut iuris fuerit. Ipſis uero in dicto termino cõparentibus/ eoꝝ legitimas defenſiones benigne audiant & admittant. Quas quidẽ citationes & relationes deſcribere teneantur & debeant in libro ſeu quinterno actorum pœna quadraginta ſoldorũ tam officiali/ q̃ plazario in prædictis contrafacientibus uice qualibet.

Infra quantum tempus officiales ſuper damnis datis debeant expedire eorum proceſſus & de abſolutionibus & condemnationibus per ipſos regiſtrandis & exequendis. rub. 3.

OPtima conſideratione ſancitum eſt: ne diutius iura partium ſtent in ſuſpenſo & ut officiales in reddenda iuſticia ſolertiores reddantur: ꝙ officiales prænominati ſuper dãnis datis deputati teneanť & debeant omnes proceſſus corã eis iniciatos & inchoatos tẽpore eoꝝ officii infra duos menſes a die inchoati & iniciati proceſſus a die productionis/accuſationis/denunciationis uel querele cõputandos: expedire/finire/& terminare cõdẽnãdo uel abſoluẽdo pœna quadraginta ſol. rauẽ. pro quolibet proceſſu nõ expedito. Et oẽs abſolutiones & condẽnationes teneantur prænominati officiales ſcribere ſeu ſcribi facere in eoꝝ libris & quinternis actoꝝ iuxta inquiſitiones denũciationes atq; accuſationes taliũ cõdẽnatoꝝ & abſolutoꝝ ſub ſimili ſupradicta pœna quadraginta ſoldoꝝ pro qualibet condẽnatione & abſolutione nõ deſcriptis & regiſtratis ut ſupra. Et inſuper teneantur officiales prænominati oẽs cõdẽnationes: quas fecerint cũ effectu exequi ſeu exequi facere cõtra cõdẽnatos ĩfra quindecim dies a die cõdẽnationis facte cõputandos pœna & bãno dicto officiali dictorum.xl. ſoldoꝝ pro qualibet condẽnatione infra dictum terminum effectualiter nõ exacta.

De electione Gualdariorum ſeu Bariſellorum curie ciuitatis Piſauri & eorum ſalario. rub. 4.

AD hanc legem condendã Piſaurenſium omnium cõmunis utilitas nos induxit: ut de Gualdariis ſeu Bariſellis fieret prouiſio: qui die noctuq; diſcurrentes per curtem Piſauri ſint uigiles & intenti ad cuſtodiendum ne dãna fiant & dãnum dantes accuſentur. Ea propter ſtatutum & ordinatũ eſt: ꝙ quandocunq; fuerit neceſſarium & oportunũ eligere Gualdarios ſeu Bariſellos prædictos per Vicarium gabellaꝝ cohadunetur cõſilium credentie dicte ciuitatis & proponatur in dicto cõſilio quid fieri & obſeruari debeat ſuper Gualdariis ſeu Bariſellis eligendis per dictum conſiliũ ad cuſtodiẽdum curiam ciuitatis Piſauri: & quod deliberatum in dicto cõſilio fuerit & cõfirmatũ per Illuſtrem Dñm noſtrum ſeu per eius locũtenentem pro tempore exiſtentem tam de numero ipſoꝝ Gualdarioꝝ ſeu bariſelloꝝ ꝗ eoꝝ ſalario & aliis concernentibus eorum officium debeat inuiolabiliter obſeruari/auctoritate præſentis legis.

De electione Gualdarioꝝ ſeu bariſelloꝝ caſtroꝝ & uillarum comitatus Piſauri & quanto tempore eoꝝ officium durare debeat. rub. 5.

STatutum & ordinatum eſt: ꝙ in quolibet caſtro & uilla comitatus Piſauri quolibet anno eligantur tot gualdarii ſeu bariſelli per uniuerſitates dictorum caſtroꝝ & uillarum: qui ſufficiant ad cuſtodiendum curtes dictorum caſtrorum & uillarum prout dictis uniuerſitatibus cõuenire uidebitur ad dictam cuſtodiam faciendã. Quorum officium duret illo tẽpore: quod placuerit & uidebitur dictis uniuerſitatibus.

De iuramento Gualdarioꝝ ſeu Bariſelloꝝ ciuitatis & comitatus Piſauri & de eorum cautione præſtanda & exemptione eis conceſſa. rub. 6.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt: ꝙ omnes Gualdarii ſeu Bariſelli tã ciuitatis ꝗ comitatus Piſauri teneantur in principio eoꝝ officii: hoc eſt ĩfra dies octo a die quo cœperint eoꝝ officium iurare in cãcellaria cõmunis Piſauri & in manibus cãcellarii dicti cõmunis eoꝝ officium bene & legaliter exercere omni dolo & fraude remotis ſuper

omnibus ſtatutis & capitulis eorum officii. Et teneantur & debeant præfati Gualdarii ſeu Bariſelli & quilibet ipſoꝝ dare idoneam & ſufficientem ſecuritatem/ ſeu fideiuſſorem de faciendo attendendo & obſeruando omnia ea/ ad quæ ipſi tenentur ſecundum formã ſtatutoꝝ dicti cõmunis. Qui Gualdarii ſeu Bariſelli omnes ſint & eſſe debeãt toto tempore eoꝝ officii ab omnibus factionibus perſonalibus per cõmune Piſauri: uel uniuerſitates eiuſdem imponendis penitus abſoluti: & de iuramentis ac fideiuſſionibus & ſecuritatibus p̃dictis cancellarius p̃dictus dicte cãcellarie teneanẗ cõficere ſcripturã.

De officio gualdarioꝝ ſeu bariſelloꝝ ciuitatis & comitatus Piſauri. rub. 7.

GVaIdarii ſeu Bariſelli ciuitatis & comitatus Piſauri teneantur & debeant bene cuſtodire & guardare de die & de nocte res & bona poſſeſſionum & fructus omniũ poſſeſſionũ exiſtentiũ in curte & in contrata eis deſignata/ ne deuaſtentur & tollanẗ per perſonas & animalia. Et ſi contigerit dãnum aliquod dari uel fieri teneanẗ dantes tale damnum inuenire & dño poſſeſſionis & ei cuius intereſt notificare & aſſignare infra quintã diẽ/a/die dãni dati: quã diẽ dãni dati quã diẽ nõ teneanẗ apponere in eoꝝ accuſationibus mẽſem aũt ſic cũ mẽſe in eoꝝ accuſationibus apponere debeãt. Et ſi dñs ſeu ille: cuius intereſt de tali dãno nollet illũ ſeu illos ſibi dãnũ dantes accuſari: Gualdarii ſeu bariſelli nõ teneanẗ talẽ dãnũ dãtẽ accuſare. Et teneaẗ dñs ſeu ille: cuius intereſt incõtinenti ſine mora poſt dictã aſſignationẽ & notificationẽ ſibi factã per Gualdariũ ſeu Bariſellũ de tali malefactore reſpõdere Gualdario ſeu bariſello ſi uult ꝙ ipſe gualdarius/ ſeu bariſellus accuſet talem malefactorem de ſuo dãno uel non: & ſi talis dñs tacuerit nõ reſpõdendo uel uoluerit ipſum malefactorẽ accuſari. Tunc Gualdarii/ ſeu bariſelli teneantur talẽ malefactorẽ accuſare: & in ſua accuſatione apponere poſſeſſionẽ/in qua dãnum datum fuerit & latera poſſeſſionis & curiam: in quibus poſita eſt: & ſtetur ſacramento gualdarioꝝ/ ſeu bariſelloꝝ de tali notificatione & aſſignatione malefectorum dominis facta. Si uero dãnum datum fuerit & prædicti gualdarii ſeu bariſelli malefactorẽ nõ aſſignauerint: ut dictũ eſt/ uel eum uel eos aſſignare nõ poterunt. Tunc dicti gualdarii/ ſeu bariſelli dãnum in eoꝝ curia datum emendare teneanẗ Hoc modo: uidelicet. Si damnum datum eſſet a uiginti ſoldis infra: tunc credatur ſacramento damnum paſſi/ uſqꝫ ad quantitatem decem ſoldoꝝ raueñ. Si uero damnum datũ aſcenderet ultra quantitatẽ uiginti ſoldoꝝ: tunc dictũ dãnũ debeat extimari per extimatores emendaꝝ dãnoꝝ datoꝝ adhoc ſpecialiter ordinatos & in contrata dicti dãni: & ſtetur dicto dictoꝝ extimatorũ uel alterius eorũ de extimatione & emenda dictorum dãnoꝝ. Et gualdarii ſeu bariſelli ad emendationẽ dictorũ dãnorũ per officiales cõmunis ſũmarie cõpellantur ſine ſtrepitu & figura iudicii. Et ſemper credaẗ ſacramento gualdarioꝝ ſiue bariſelloꝝ: quo ad pœnam cõmunis applicandã: uſqꝫ ad quantitatẽ uiginti ſoldoꝝ raueñ. in accuſis per eos factis ſine aliquo teſte: ſi dixerint ſe perſonaliter inueniſſe. Sed cum uno teſte credatur ſacramẽto eius uſqꝫ ad quantitatẽ quadraginta ſoldoꝝ raueñ. ſi dixerit ſe p̃ſonaliter inueniſſe. Cum duobus uero teſtibus credatur uſqꝫ ad quantitatem: qua malefactor eſſet condẽnandus. Et idem intelligatur in quolibet alio accuſatore: qui dixerit ſe perſonaliter inueniſſe dãnum datum cum ſacramento præſtito/ uel ſi eius accuſationem legitime probauerit: ut ſupra,

De extimatoribus eligendis ſuper emendatione dānorum datorum & de eo
rum officio & ſalario. rub. 8.

STatutum & ordinatum eſt/ ꝙ tēpore quo eliguntur Gualdarii ſeu Bariſelli in ci-
uitate & comitatu Piſauri: eodem modo eligantur extimatores ſuper emendatio-
nibus damnoꝝ datoꝝ a Gualdariis ſeu Bariſellis faciendis: uidelicet/ ꝙ in ciuitate Pi-
ſauri & in qualibet uniuerſitate comitatus Piſauri: eligantur duo extimatores: qui ſint
boni homines & bone fame/ bonecꝫ opinionis & qui ſe cognoſcant de his: qui extima
tores iurare debeant in principio eoꝝ officii & in manibus cancellarii cōmunis eorum
officium bene & legaliter exercere omni dolo & fraude remotis & quandocūcꝫ de ex-
timatione alicuius dāni contentio eſſet inter dānum paſſos & gualdarios ſeu bariſellos:
debeant dicti extimatores talia dāna uidere & extimare fidelr & ſtet dicto dictoꝝ ex
timatoꝝ: uel alterius eoꝝ. Et prædicti extimatores pro eoꝝ ſalario recipere nō debeāt
pro qualibet extimatione per eos facta a gualdariis ſeu bariſellis ultra unum ſoldum
raueñ. pro quolibet: quorum officium duret anno.

De denunciis datis bariſellis & uſcꝫ ad quam ſummam iurari poſſint: ſi ex-
timate non fuerint. rub. 9.

QVilibet poſſit denunciam dare ſeu inferre cuilibet bariſello abſcꝫ eo ꝙ illam
extimari faciat: & dans dictam denunciam ſi illam nō fecerit congruo tēpore
extimare & extimationem referre teneatur & poſſit iurare dānum dicte denuncie uſcꝫ
ad quantitatem quincꝫ ſoldoꝝ raueñ. & nō ultra. Et caſu quo iurare negauerit ſi dicta
denuncia nō fuerit extimata condēnetur/ cōmuni uice qualibet in ſoldis uiginti raueñ.
Saluis tamen denunciis in quibus per alia capitula præſentium ſtatutorum prouiſum
& conceſſum eſt damna poſſe iurari in maiori quantitate q̄ prædicta uidelicet in dā-
nis datis in fructibus arborum & uinea plena.

De denuncia data gualdariis ſeu bariſellis de pluribus dānis & de dānū dante
per ipſos reperto & denuncia eis data anullanda. rub. 10.

SI Gualdariis aut Bariſellis daretur aliqua denūcia de aliquo dāno facto in poſſeſ-
ſione ſeu poſſeſſionibus alicuius pſonæ ciuitatis Piſauri & eſſet de pluribus & di-
uerſis dānis in dictis poſſeſſionibus illatis ſimul uel pluries in diuerſis diebus & horis.
Quod ſi inuenerint aliquem dānum dantem in dicta poſſeſſione ſeu poſſeſſionibus: de
quibus una uel pluries denuncie eſſent date coram officiali dānoꝝ datorum. Ipſumcꝫ
dānum dantem accuſarent/ ꝙ omnes denuncie hactenus date ſint & eſſe debeant caſſe
& annullate. Et hoc intelligatur de denunciis datis & damnis factis cum animalibus.
Et oēs denuncie date pro illo genere: animalium ſint caſſe: & non intelligantur de illis
generibus animalium: de quibus dicti officiales nō inuenerint in dicto dāno: utpote:
ſi eſſet data aliqua denuncia de porcis: alia de capris/ alia de bobus/ alia de pecudibus
in una poſſeſſione: & dicte denuncie eſſent date diuerſis diebus & horis/ ꝙ ſi dicti offi
ciales inuenirent aliquem cū porcis poſt dictas denuncias datas dānum dantem in di-
cta poſſeſſione/ ꝙ omnes denuncie date de porcis caſſentur: & relique firme remaneāt
dictis officialis & ſic de ſingulis. Si uero denuncia ſiue denuncie date de aliquo damno
quod fieri nō poſſet/ niſi cum perſona: uidelicet incidere ligna: ſportare uuas/ fructus:

& his

& his ſimilibus: & plures denuncie eſſent date: ꝙ ſi perſonaliter inuenerint talem dā-
num dantem & accuſauerint: ꝙ omnes denuncie date ſint & eſſe debeant caſſe & an-
nullate. Et officiales dānorum datorum cogere debeant talem accuſatum ad ſatiſſacien
dum omne dānum illatum & factum in dicta poſſeſſione dn̄o dicte poſſeſſionis.

De lucro gualdariorum: ſeu bariſellorum. rub. 11.

VT ſub ſpe premii Gualdarii ſeu Bariſelli in inueniendo dānum dantes ſolertio-
res reddantur. Statutum & ordinatum eſt/ ꝙ pro qualibet accuſatione: quam
prænominati gualdarii ſeu bariſelli uel ipſoꝝ alter fecerint ſeu fecerit cum uno uel plu
ribus teſtibus & nō de aliis habeāt ſeu habeat unum bon̄. pro qualibet libra qua eſſet
condēnandus dānum dans etiā ſi dominus noſter gratum faceret: & ultra hoc etiā ha-
beant & habere debeant gualdarii & bariſelli prædicti pro qualibet beſtia bouina/ bu-
falina/ cauallina/ ſeu porcina/ quas conducerent ad hoſpicium/ ſeu ad officium dāni dati
& quas repererint dare dānum unum bon̄. pro eorum labore. Quod ſi nō duxerint ad
hoſpicium: ſed uſqꝫ uel prope portas habeant dimidium dicti ſalarii: & pro qualibet be
ſtia aſinina/ caprina den̄. ſex & pro qualibet beſtia pecudina unum den̄. Cum hoc ta-
men ꝙ prædicti gualdarii & bariſelli nō teneantur ducere dictas beſtias ad loca præ-
dicta/ nec aliqua ipſaꝝ ſi patronus illarū ſiue alter pro eo/ eiſdem Gualdariis ſeu Bari-
ſellis daret bonam & ſufficientem ſecuritatem de ſoluendo pœnam & emendare dam-
num quod intuliſſent beſtie prædicte in præſentia unius uel duoꝝ teſtium. Et officialis
dānoꝝ datorū teneat̄ & debeat dictis Gualdariis ſeu Bariſellis unū librū facere: in quo
ſcribant̄ omnes accuſe: quas dicti gualdarii ſeu bariſelli fecerint: adhoc ut poſſint ſem
per uidere eoꝝ rationē pœna decē librarum: qui liber penes dictos gualdarios ſeu ba-
riſellos debeat remanere. Si uero contigerit gualdarios ſeu officiales prædictos reperi-
re de nocte aliquem facientem damnum uel animalia: quæ damnum facerent: ut ſupra
in poſſeſſionibus alicuius: ꝙ præfati Gualdarii ſeu Bariſelli: tunc & eo caſu habeant
eorum inuentionem duplicatam.

Quod officialis dānorum datorum teneatur exigere denunciationes & accu
ſas bariſellorum ſeu gualdariorum. rub. 12.

OFficialis dānorum datorum teneatur & debeat exequi & exigere ſeu exequi uel
exigi facere omnes & ſingulas denuncias & accuſationes gualdariorum/ & ba-
riſellorum infra terminum unius menſis a die condēnationis facte de accuſato uel de-
nunciato: quod ſi nō fecerit incidat in pœnā quinqꝫ libraꝝ rauen̄. uice qualibet: & ul-
tra hoc etiā de ſuo proprio teneatur ſoluere dictis gualdariis & bariſellis bononenum
eis debitum ex forma ſupra proxime præcedentis capituli. Teneatur etiā ꝑfatus offi-
cialis de dictis inuentionibus/ ſeu accuſationibus cum dictis Gualdariis ſeu Bariſellis te
nere bonam rationē & cōputum. Et quia labor nō debet eſſe uacuus a mercede. Offi-
cialis prædictus habeat & habere debeat pro ſuo labore bon̄. tres pro qualibet libra:
de toto eo: quod exigeret de dictis accuſationibs/ denunciis & inuentionibus.

Quod gualdarii ſeu bariſelli poſt finitum eorum officium non poſſint cogi
ad extrahendum eorum denuncias niſi elapſo menſe. rub. 13.

NOn poſſint cogi moleſtari uel compelli gualdarii ſeu bariſelli prædicti per offi
cialem dānorum datorum ad extrahendum denuncias contra ipſos datas/ niſi
poſt unum menſem a die depoſiti eoꝝ officii infra quē menſem dicti gualdarii ſeu ba-

riſelli poſſint dictas denuncias contra ipſos datas cancellari facere per dictum officia/ lem oſtenſa aliqua iuſta cauſa: propter quã durante tẽpore eorum officii dictas denun cias contra ipſos: ut ſupra datas nõ extraxerint. Et elapſo dicto menſe poſt finitum di ctum eorum officium poſſint cogi & compelli per dictum officialem ad cancellandũ/ ſiue extrahendum dictas denuncias.

De gualdariis ſeu bariſellis: qui fraudem aut barattariam cõmiſerint in eorum officio uel damnum dederint. rub. 14.

SI gualdarii ſeu bariſelli negligentes fuerint in eoꝶ officio in accuſando & eorum curias ſcrutando: prout tenentur/ uice qualibet cõmuni condẽnentur in uiginti ſol dis ꝑ. pro quolibet. Si uero in eoꝶ officio dolũ fraudẽ & barattariã fecerint uel cõmi ſerint/ uice qualibet in uigintiquinqꝫ libris ꝑ. & maiori pœna prout Illuſtri Domino no ſtro uidebitur condẽnentur. Et quilibet poſſit denunciare & accuſare & habeat quartã partem pœnæ: & nomen ſuum teneatur ſecretum. Si uero prædicti gualdarii ſeu bari/ ſelli dãnum dederint alicui eis & cuilibet eoꝶ pœna in ſtatuto contenta duplicetur. Et nõ itelligať dãnũ dare eũdo uel ſcrutãdo ꝑ poſſeſſiones uel malefactores ꝓſequẽdo.

Quod gualdarii ſeu bariſellii repertos in ſtrata cum fructibus & lignis poſſint cogere: ut oſtendant eis locum unde prædicta habuerint: & ꝙ officialis dã/ norum datorum ad requiſitionem dictorum gualdariorum: & bariſellorum teneatur examinare uicinos. rub. 15.

ORdinatum & ſancitum eſt/ ꝙ ſi contigerit gualdarios ſeu bariſellos exercendo eoꝶ officium reperire aliquem in ſtrata publica cum lignis/ ſiue fructibus/ ꝙ poſſint cogere & ducere illum ad faciendum ſibi oſtendere. Vbi inciderit ligna & ubi collegerit fructus: & ſi nõ erit in poſſeſſione ipſoꝶ poſſit tales ſic repertos accuſare & denunciare officiali dãnorum datoꝶ: qui etiã ad requiſitionem dictorum gualdariorum ſeu bariſelloꝶ & cuiuſqꝫ ipſorum inquantũ nõ pòſſent reperire aliquem: qui dediſſent damnum in aliqua poſſeſſione teneatur abſtringere uicinos & ipſos diligenter exami/ nare cum ſacramento/ ſi ſciunt quis fecerit prædictum damnum.

Quod officialis damnorum datoꝶ teneatur recipere accuſas & denuncias gual/ dariorum ſeu bariſellorum & quilibet ipſorum poſſit accuſare dãnum dantẽ in guardia ſeu cuſtodia cuiuſlibet ipſorum. rub. 16.

STatutum & ordinatum eſt/ ꝙ officialis dãnoꝶ datoꝶ teneatur & debeat recipere & acceptare oẽs accuſationes & denũcias: quas eis fecerint omni die gualdarii ſeu bariſelli prædicti: dũmodo talis officialis ea die: qua darenť dicte accuſe nõ ſit occupa tus circa res alias ſui officii: quo caſu teneatur qualibet edomoda ſaltẽ diebus martis: & mercurii attendere & uacare circa receptiones accuſationũ & denunciationũ prædi ctarum ſub pœna centũ ſoldoꝶ ꝑ. uice qualibet & quilibet ex dictis gualdariis ſeu ba riſellis poſſit accuſare quẽlibet repertum dare dãnum in cuſtodia & guardia cuiuſlibet ipſoꝶ: dũmodo accuſationes & denunciationes faciãt cũ teſtibus & de eiuſdem hmõi accuſationibus habeant lucrũ inuentionis eis debitũ ex forma ꝓſentiũ ordinamẽtoꝶ.

Quod depoſitarius nõ ſoluat ſalariũ bariſellis ſeu gualdariis niſi eoꝶ bulletta ſit ſubſcripta manu officialis dãnoꝶ datoꝶ aut ſui locũtenẽtis. rub. 17.

ADhoc ut gualdarii ſeu bariſelli: qui male meruerint in eoꝶ officio ſtipendiũ & ſalarium ipſorum indebite nõ recipiant. Statutum & ordinatum eſt/ ꝙ depoſi/ tarius:

tatius: qui ſalatiũ huiuſmodi ſoluere debebit/ nõ ſoluat/ nec ſoluere faciat aliquã bullettam dictoꝵ gualdarioꝵ ſeu bariſelloꝵ nõ ſubſcriptam manu officialis dãnorum datoꝵ ſeu ſui locũtenentis pœna uigintiquinq; libraꝵ ꝟ. uice qualibet: & officialis prædictus dãnorũ datoꝵ/ ſeu eius locũtenẽs pœna decẽ libraꝵ uice qualibet qua ꝯtrafecerint nõ debeant ſe ſubſcribere alicui ex dictis bullettis: niſi illis bullettis gualdariorum ſeu bariſellorum: qui ante per duos menſes extraxerint/ ſeu cancellauerint denuncias eis datas.

Quod quælibet cõmunitas & uilla ciuitatis & comitatus Piſauri teneantur mittere eorum gualdarios & bariſellos coram officiali dãnorum datorum ad iurandum eoꝵ officium. rub. 18.

QVælibet cõmunitas & uilla ciuitatis & comitatus Piſauri teneat & debeat mittere congruo tẽpore eoꝵ gualdarios/ ſeu bariſellos coram officiali dãnorum datorum ad iurandũ & ſcribi faciendum eorum officium/ pœna decem libraꝵ ꝟ. pro quolibet & qualibet uice: & ſimili pœna puniantur gualdarii ſeu bariſelli electi/ uel deputati: ſi moniti fuerint a dictis eorum cõmunitatibus & ſe nõ præſentauerint coram dicto officiali ad iurandum dictum eorum officium. Et congruũ tempus uniuerſitati eligendi ſint adminus quattuor dies ante initium officii bariſellis & gualdariis ad iurandum ſit octo dierum poſt electionem & notificationem eis factam.

De his ad quæ emendanda tenentur gualdarii ſeu bariſelli: ſeu uniuerſitates in curiis quoꝵ dãna data fuerint & qualiter. rub. 19.

SI contigerit furtum/ incendiũ/ derobatio/ depredatio/ effuſio uini inciſio uineaꝵ fieri in curiis ciuitatis & comitatus Piſauri gualdarii/ ſeu bariſelli ad emendationem prædictoꝵ nõ teneantur. Teneantur tamen malefactorẽ denunciare & aſſignare officiali dãnoꝵ datorum. Quod ſi malefactorem nõ inuenerint & dicto officiali dãnorum datoꝵ non aſſignauerint puniantur in quadraginta ſoldos ꝟ. Poteſtas tamen ſiue eius Vicarius teneatur ad petitionem dãnum paſſi cõmittere preconi/ ſiue nuncio: ut uadat ad uidendum tale dãnum & relatione ſibi facta: ꝙ dãnum ſit datum. Teneatur dictus Iudex mãdare ſyndicis uel capitaneis dictaꝵ uniuerſitatum. Vbi dãnũ fuerit datũ: ut malefactorẽ/ uel malefactores dicti dãni debeãt aſſignare & denunciare infra octo dies coram dño Iudice. Et ſi hoc non fecerint tale dãnum debeat extimari per extimatores illius uniuerſitatis in cuius curiam dãnũ fuerit datum & ſoluere dãnum paſſo infra decem dies poſt extimationem factam. Et in prædictis procedatur ſummarie ſine ſtrepitu & figura iudicii nullo ordine iuris ſeruato.

De emendatione damnoꝵ datorũ in curiis: quæ nõ habitantur & ſolite erant habitari. rub. 20.

SAncitum/ eſt ꝙ ſi aliquod dãnum datum fuerit in curia alicuius uillæ/ ſeu uniuerſitatis: quæ non habitetur/ uel ſi ſolum habitaretur: habitaretur pro parte hominũ: qui cõſueti nõ erant habitare: ita ꝙ in ea nõ eſſet Gualdarius/ ſiue Bariſellus emẽdatio dicti dãni fiat per homines: qui utuntur in dicta uilla & cuite uba cum illis: qui habitarent: ſi aliqui eſſent habitatores: & ſi nõ eſſent aliqui habitatores: fiat emẽdatio per homines: qui utuntur in contrata: extimatione prius de damno facta per extimatores mittendos per officialem damnorum datorum.

Quod morantes de nocte extra ciuitatem caſtra & villas emendent damna data & de bubulcis. rub. 21.

Item ſtatutum & ordinatum eſt; ꝙ ſi aliquod damnũ datum fuerit in poſſeſſione alicuius noctis tẽpore & malefactores reperiri nõ poterunt. Tunc omnes illi: qui in ea nocte in qua damnũ datum fuerit ſteterint extra ciuitatem & caſtrum/uel extra uillam cũ animalibus uel ſine/ad emendationem ipſius dãni ſummarie cogantur & ſtetur ſacramento dãnum paſſi uſq; in quãtitatem uiginti ſoldoꝝ raueñ. uiſo prius a præcone ſeu plazario: damno dato prædicto. Et idem intelligatur ſi aliquod furtum factũ fuerit in aliqua poſſeſſione alicuius de aliqua re & ſtetur ſacramento domini poſſeſſionis uel laboratoris/uſq; ad quantitatem decem ſoldoꝝ ꝶ. Et ꝙ bubulci morantes cum bobus nocturno tempore extra in contratis. Vbi dãna aliqua reperiantur data: teneãtur talia dãna emendare ſine extimatione extimatoꝝ: uiſo prius per præconem ſeu plazarium cõmunis dãno dato. Saluo ꝙ ſi bubulci poterunt malefactorem aſſignare: et ꝗ a tali emendatione ſint abſoluti & ſemper ſtetur ſacramento damnũ paſſi: uſq; ad quantitatem decem ſoldorum raueñ.

De præſumptione habenda contra facientes domos extra ciuitatem & caſtra de lignamine alieno. rub. 22.

Ad obuiandum malitiis depopulantium ſecrete/ uel de nocte bona hominũ ciuitatis & comitatus Piſauri/& tales depopulatores cõmode inueniri non poſſunt propter eoꝝ malitiam. Statutum & ordinatum eſt/ꝙ ſi aliquis fecerit aliquã domum/ſiue capãnã extra ciuitatẽ Piſauri per totũ eius diſtrictũ de lignamine noſtrano/ſeu de alieno lignamine: qđ eleuaꝰ in comitatu Piſauri & nõ potuerit docere poſſeſſionem ſuã: de qua habuerit dictũ lignamen: uel a quo habuerit: & tunc tẽporis dãnũ aliquod datũ fuerit in lignamine ſimili alicui perſone: quæ conqueratur de tali dãno: uiſo prius per præconem ſiue plazariũ cõmunis: ſi tale damnũ datum fuerit intelligatur & præſũmatur talẽ perſonã: quæ talem domũ / uel hedificiũ fecit tale lignamen incidiſſe & damnũ dediſſe & accuſari poſſit/ac ſi repertus incidere fuiſſet. Et Poteſtas/ſiue etiã officialis dãnoꝝ datoꝝ ad petitionẽ cuiuſcunq; petentis & conquerentis ſibi lignamen eſſe acceptũ teneatur & debeat præconẽ cõmunis mittere ad uidendũ lignamen poſitũ in tali domo/uel hedificio & ſacramento & relationi ꝑconis dicentis/lignamen poſitum in tali domo uel hedificio eſſe ſimile/uel de eodẽ lignamine credatur: & idem intelligaꝰ de oibus expẽdentibus uineã & cãnã in uineis/& nõ poterunt docere/a/quibus emerint: uel eos: qui eis dederint: ꝙ poſſint cõdẽnari/ac ſi inuẽti forẽt dictas res accipere. Et idẽ itelligaꝰ in paleis/lignaminibus/feno/cãna/olere/pomis & aliis fructibus.

De eo qui dãnum dederit in uinea plena uel uacua. rub. 23.

Si aliquis dãnũ dederit in uinea plena alicuius: ſi fuerit de nocte: ſoluat uice qualibet cõmuni pro banno centum ſoldos raueñ. Si fuerit de die ſoluat pro banno cõmuni tres libras raueñ. Si uero uinea nõ fuerit plena & dãnum dederit/tam de die: ꝗ de nocte ſoluat cõmuni pro bãno dimidiã minus prædictis pœnis. Et hoc ſi dederit damnũ frangendo uel ſpalãdo & fructus accipiẽdo uel deuaſtãdo. Si uero ſolum iuerit per uineam plenam ſoluat quadraginta ſoldos raueñ. & per uineam uacuam ſoluat decem ſoldos raueñ. Si uero animalia damnũ dederint in uinea plena bos/equs uel equa. ſoluat nomine banni uiginti ſoldos raueñ. porcus uiginti ſoldos ꝶ. & poſſit interfici &

vulnerari: capra uiginti ſoldos ꝑ. Aſinus decem ſoldos ꝑ. Pecus duos ſoldos ꝑ. Et intelligat̃ uinea plena a kalendis Aprilis uſqꝫquo vue pendent in illa. Et ſi prædicta animalia dānū dederint in uinea uacua ſoluat dimidiā minus prædictis pœnis: & de nocte dictæ pœnæ duplicent̃: & ſemper domino rei dānum emendendent. Et credat̃ domino rei de extimatione dāni uſqꝫ ad quantitatem uiginti ſoldos ꝑ. cum ſacramēto non uo præſtito. Si uero pars accuſata uel denunciata probaret per teſtes uel aliter legitime nullum dānū eſſe. Tunc nullatenus ſtari debeat ſacramento domini/ ſiue ad aliquod damnum condēnari nō debeat talis accuſatus uel denunciatus uigore dicti ſacramenti. Niſi eſſet tale dānum quod potuiſſet eſſe datū & per teſtes uel inſpectionē probari nō poſſet: quo caſu ſtetur ſacro dñi uſqꝫ ad ſūmā quinqꝫ bononenoꝝ.

De pœna frangentis ſepes poſſeſſionis alicuius. rub. 24.

STatutum & ordinatum eſt/ ꝙ ſi aliquis fregerit deſpalauerit ſepes poſſeſſionis alicuius uel inciſerit ſoluat nomine banni uiginti ſoldos raueñ. & damnū emendet. Et de nocte bannum duplicetur. Si uero per animalia tam groſſa q̄ minuta dāna data fuerint in dictis ſepibus modo ſupradicto puniantur domini animalium prædictorum in dimidia pœna ſupraſcriptarum pœnarum.

De eo qui dānum dederit in ortho alieno. rub. 25.

ITem ſtatutum eſt/ ꝙ ſiquis dānum dederit in ortho alieno ſpalādo frangendo olera & alias res exiſtentes in eo accipiendo ſoluat cōmuni uice qualibet pro bāno uiginti ſoldos raueñ. Si uero tantum eundo per orthum ſoluat cōmuni decem ſoldos ꝑ. Bos/ equs/ equa/ & capra decem ſoldos raueñ. pro quolibet & qualibet uice. Porcus uiginti ſoldos raueñ. & poſſit vulnerari & interfici: aſinus quinqꝫ ſoldos ꝑ. Pecus duodecim denarios ꝑ. & ſemper dānū emendent domino rei. Omnes pœnæ prędictę noctis tēpore duplicent̃: & de dāno dato in ortho nō poſſit cōtra aliquē procedi: niſi orthus rationabiliter cenſeatur: & hoc remaneat in decleratione officialis dānoꝝ datoꝝ.

De dāno dato in uincareto & canneto alieno. rub. 26.

ORdinatum eſt/ ꝙ ſiquis iuerit tantum per uincaretū & cannetum alicuius ſoluat nomine banni quinqꝫ ſoldos ꝑ. Si autem dānū dederit ſpalādo incidendo frangēdo herbā accipiēdo/ uel alio modo dānū dando ſoluat cōmuni uice qualibet pro bāno uiginti ſoldos ꝑ. Bos/ equs/ equa/ capra. xx. ſol. ꝑ. pro quolibet: porcus decē ſoldos ꝑ. & poſſit interfici & vulnerari. Aſinus decē ſoldos ꝑ. Et hoc locū habeat in cānetis per totum menſem Aprilis & Maii. In aliis uero tēporibus ſoluant ꝓdicta animalia & perſone dimidiā minus & ſemper dānū emendent. Et de nocte ꝓdictę pœnæ duplicent̃.

De dānis datis in blauis & leguminibus. rub. 27.

SI quis iuerit tantum per campum ſeminatū ſoluat cōmuni pro bāno uice qualibet quinqꝫ ſoldos ꝑ. Si uero dānū dederit metendo euellendo exportādo uel alio modo dando. Soluat cōmuni pro bāno uice qualibet. xl. ſoldos ꝑ. Bos/ equs/ & equa decem ſoldos ꝑ. pro quolibet. Porcus decē ſoldos ꝑ. & poſſit interfici & uulnerari. Aſinus quinqꝫ ſoldos ꝑ. capra/ quinqꝫ ſoldos ꝑ. pecus duodecim denarios ꝑ. Et idem ſeruetur in lino/ faba/ & aliis leguminibus & blauis. Si uero aliquis dānū in barchariis/ uel couatis blauarum uel in blauis in area trituratis accipiendo uel exportādo ſoluat pro banno uice qualibet decem libras raueñ. Equs/ equa/ decem ſoldos raueñ. Bos uiginti ſoldos raueñ. Aſinus quinqꝫ ſoldos raueñ. Porcus decem ſoldos raueñ. & poſſit interfici

& uulnerari. Capra ſoluat quinq; ſoldos raueñ. Pecus duodecim denarios raueñ. & dã-num emendent & de nocte: ut ſupra pœnæ prædictæ duplicentur.

De dãno dato in ſilua & remorta aliena alleuata. rub. 28.

ORdinatum & ſtatutũ eſt/ q; ſiquis iuerit tantũ per ſiluam ſeu remortã alicuius, aleuatam nõ ſoluat aliquid. Si uero dãnum dederit in incidendo ligna a palos, uel a palo infra faciendo ſalmam uel faſcem/ ſoluat cõmuni nomine banni uice qualibet quadraginta ſoldorum raueñ. Si uero inciſerit unũ lignum a palo uel a palo ſupra, uſq; ad perticã ſoluat nomine bãni decem ſoldos ꝛ. Et ſi inciſerit ab uno ſupra ſoluat, quinq; ſoldos ꝛ. pro quolibet ligno inciſo. Si uero inciſerit ligna a pertica uel a pertica ſupra uſq; ad trabem ſoluat nomine banni uiginti ſoldos raueñ. Et ſi inciſerit plura ligna a pertica uel a pertica ſupra uſq; ad trabem ultra primũ/ ſoluat cõmuni a pertica uel ſupra pro quolibet ligno quinq; ſoldos ꝛ. Si uero trabem uel colũnam inciſerit ſoluat cõmuni pro banno pro qualibet trabe ſeu colũna quattuor libras ꝛ. Et palum intelligatur groſſitudinis adinſtar brachii cõmunis uſq; ad groſſitiam pertice & pertica intelligatur groſſitudinis cõmunis cruris uſq; ad trabem: trabes uero & colũna intelligatur groſſitudinis cõmunis coſſe & abinde ſupra. Et de menſura ſeu lõgitudine pertice pali & trabis quomodocunq; in dubium reuocaretur: ſtetur declarationi & determinationi officialis dãnorum datoꝝ: cuius arbitrio relinquuntur prædicta. Prædictę autẽ beſtie: de quibus in præcedenti ſtatuto ſoluant quinq; ſoldos raueñ. pro qualibet: exce-pta pecude: quæ nihil ſoluat: niſi pro paſcuo duodecim denarios/ ſi dominus uoluerit pecudes de paſcuo accuſare & ſemper domino dãnum emendent: & de nocte prædictæ pœnæ duplicentur. Si uero aliquis inciſerit aliquam arborem ſiluestrem exiſtentem in ſepalibus alicuius poſſeſſionis ſoluat uice qualibet ut ſupra habita diſtinctione lignorum & damnum emendet.

De dãno dato in ſilua & remorta retundata. rub. 29.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt: q; ſiquis iuerit tantum per ſiluam uel remortam retundatam nõ ſoluat aliquid. Si uero dãnum dederit incidendo ligna faciendo ſalmam uel a ſalma infra ſoluat cõmuni pro banno uice qualibet quadraginta ſoldos ꝛ. Et intelligatur ſilua rotundata a tẽpore inciſionis uſq; ad duos annos. Bos/ equs/ equa ſoluat decem ſoldos ꝛ. pro quolibet/ porcus nõ ſoluat aliquid: aſinus quinq; ſoldos ꝛ. capra quinq; ſoldos ꝛ. pecus de lignis nõ ſoluat aliquid/ ſed de paſcuo poſſit accuſari & ſoluat.xii.deñ. pro qualibet & dãnũ ſemp emẽdẽt & de nocte dicte pœnæ duplicenť.

De eo qui extraxerit ligna inciſa de ſilua uel poſſeſſione alicuius. rub. 30.

SI quis extraxerit uel acceperit ligna per alium inciſa de ſilua uel de poſſeſſione alicuius ſoluat cõmuni nomine banni quadraginta ſoldos ꝛ. & damnum emendet: & de nocte dicte pœnæ duplicentur.

De damno dato in geneſtretis limatis fluminum cannigetis/ gioncaretis & ſtrepetis alicuius. rub. 31.

ORdinatum eſt/ q; ſiquis tantum iuerit per geneſtretum limatã canigetum/ gioncaretum/ uel ſtrepetum alicuius nõ ſoluat aliquid. Si uero dãnũ dederit incidendo uel deſtruendo ſoluat nomine banni decem ſoldos ꝛ. uice qualibet: Bos/ equs/ equa: & capra ſoluat quinq; ſoldos ꝛ. pro quolibet. alie uero beſtie nihil ſoluant & damnum emendent: & de nocte dicte pœnæ duplicentur.

De damno

De damno dato in paleariis & paleis & feno in campis uel ad aream poſitis. rub. 32.

SI quis dãnum dederit in paleariis palee uel feno frangendo illa de nouo ſoluat cõmuni nomine banni uice qualibet quadraginta ſol. ꝶ. Si uero de paleis palearii facti/uel muchiis a feno in campo uel fenatis uel in areis exiſtentibus: ſoluat nomine banni uiginti ſoldos raueñ. Si autem dãnum dederint/bos/equs/equa/uel porcus ſoluat nomine banni quinq; ſoldos pro quolibet. Alie autem beſtie ſoluant duos ſoldos raueñ. pro qualibet: Pecus uero ſex denarios & damnum emẽdent: & de nocte pœnæ prædicte duplicentur.

De damnis in arboribus domeſticis. rub. 33.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt/ꝙ ſiquis dãnum dederit in arboribus domeſticis: uel in uitibus eas a pede incidendo: ubicunq; ſint ſituate ſoluat cõmuni uice qualibet quindecim libras raueñ. Si uero de ramis dictaꝝ arborum ſiue uitium inciſerit: uel deramauerit malo modo: non autem neceſſario potando ſoluat nomine banni tres libras raueñ. & ſi nõ habuerit unde ſoluat fuſtibus fuſtigetur per totam ciuitatẽ & burgos Piſauri & dãnum emendet. Et de nocte dicte pœne duplicentur. Prædicte autem beſtie corrodendo cõdẽnetur bos/equs/equa/capra quinq; ſoldos raueñ. pro qualibet. Aſinus duos ſoldos ſoluat: pecus duodecim denarios raueñ. & dãnum emendent & de nocte dicte pœnæ duplicentur. Capra uero in oliuis damnum dans/ſoluat uice qualibet uiginti ſoldos raueñ. ut ſupra.

De damno dato in fructibus arborum. rub. 34.

SI aliquis damnum dederit in fructibus arborum dictos fructus accipiendo uel deſtruendo ſoluat uice qualibet nomine banni uiginti ſoldos raueñ. Et ſi dãnũ dederit conquaſſando uel allamando fructus ſoluat boñ. quadraginta. Dicte autẽ beſtie ſoluant pro qualibet ſoldos quinq;/excepta pecude: quæ ſoluat duodecim denarios & dãnum emendent & de nocte dicte pœnæ duplicentur.

De damno dato ad oliuas & ad glandes. rub. 35.

SI contigerit ꝙ animalia alicuius uidelicet porcus/bos/equs/uel equa dãnum dederint ad oliuas exiſtentes in terris iuxta eaꝝ arbores porcus & bos condẽnetur in ſoldis decem pro quolibet/capra/equs/uel equa/aſinus/uel aſina in ſoldis quinq; denariorũ ꝶ. pro quolibet: pecus in denaris duodecim ꝶ. Si dãnum dederint ad glandes cõdẽnentur/porcus/bos/equs/capra/& aſinus in ſoldis quinq; ꝶ. pro quolibet: pecus uero in denariis duodecim. Si uero perſonaliter aliquis dãnum dederit ad dictas oliuas & glandes condemnentur in ſoldis uiginti ꝶ. & de nocte dicte pœnæ duplicentur.

De damno dato in fenatis a perſona & animalibus. rub. 36.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt/ꝙ ſiquis iuerit per aliquod fenatum: in quo non ſit herba nõ ſoluat aliquid. Si uero herba fuerit in eo/ſoluat uice qualibet quinq; ſoldos ꝶ. Si uero herbam acceperit uel exportauerit ſoluat nomine banni uiginti ſoldos ꝶ. bos/equs & equa ſi dãnum dederint in fenatis in quibus ſit herba ſoluant pro qualibet uice quinq; ſoldos ꝶ. porcus ſoluat uiginti ſoldos ꝶ. ſiue ſit herba/ſiue non & poſſit interfici & uulnerari ſine pœna: aſinus quinq; ſoldos: capra duos ſol. pecus duodecim den. Et itelligat̃ eſſe in fenatis a kal's Martii: uſq; ad kal'as Septẽbris. ſ. in fena

tis: quæ ſecantur bis in anno & in iſtis: quæ ſecantur ſemel in anno intelligatur herba a kalendis Martii uſq; ad kalendas Auguſti: ſi ſecata non fuerint.

De beſtiis paſculantibus in foueis ciuitatis Piſauri. rub. 37.

SI aliqua alia animalia reperirentur paſcere in foueis ciuitatis Piſauri uel in aliquo ipſorum ſine licẽtia Magnifici Domini noſtri ſoluat cõmuni ſoldos uiginti raueñ. pro quolibet: Pecus uero ſoldum unum pro qualibet.

De parte danda damnum paſſis. rub. 38.

OMnium condẽnationum fiendaꝝ de dãnis datis per officiales cõmunis Piſauri medietas ſit cõmunis & alia medietas ſit dãnum paſſi: & hoc præciſe obſeruetur/& ſemper ſtetur dicto cuiuſlibet accuſatoris cum ſacramento uſq; ad quantitatẽ uiginti ſoldoꝝ raueñ. quoad pœnam cõmuni applicandam: ſi iurauerit perſonaliter ſe inueniſſe & cum uno teſte uſq; ad quantitatẽ ſexaginta ſoldoꝝ. Et ꝙ in omnibus dãnis datis liceat domino poſſeſſionis/laboratoribus: familiaribus & gualdariis ſeu bariſellis auferre & accipere malefactoribus/manariam/cultellum/clamidem & ſecurim ad ſui probationem/quando inueniunt eos dãnum dare. Et ſi nõ permitteret a ſe pignus accipere eidem malefactori pœna duplicetur. Ita tamen ꝙ accipiens dictas res/uel aliquam earum teneatur repreſentare & aſſignare maſſario cõmunis Piſauri/uel officiali dãnorum datorum infra ſecundam diem a die acceptionis pœna uiginti ſoldoꝝ raueñ. Et cum duobus teſtibus credatur: uſq; ad quantitatem: qua malefactor eſſet condẽnandus: & idẽ intelligatur in aialibus inuentis dãnum dare in poſſeſſione alicuius/ꝙ liceat domino laboratori: & ſue familie ducere ea & præſentare coram officialibus cõmunis Piſauri & pro tali ductione poſſit inuentus condẽnari uſq; ad quantitatem quadraginta ſoldorum raueñ. ſi ad tantum aſcenderet condẽnatio & nõ ultra.

Quod in omnibus dãnis datis dominus teneatur pro famulo & famula uſq; ad centum ſoldos raueñ. rub. 39.

IN omnibus damnis datis dominus pro famulo & famula teneatur uſq; ad quantitatem centum ſoldorum raueñ. & poſſit accuſari famulus & famula inde ad decem annos & illud quod dominus pro famulo & famula ſoluerit famulus & famula teneatur eidem reficere: & dominus etiã teneatur pro famulo & famula retentis ſine ſalario. Et hoc ſi apud dominum ſic aliquid de bonis famuli uel famule: uel ſi cõſtiterit damnum datum per famulum uel famulam datum fuiſſe de conſcientia domini cuius ſacramento credatˀ ſuper utroq;: & idẽ intelligatˀ in dña: quæ famulũ uel famulã habuerit.

Quod nullus debeat aliqua animalia ducere uel tenere in poſſeſſione alicuius ſi per dominum rei ſibi inhibetur. rub. 40.

NOn liceat alicui ire cum perſona uel eius animalia ducere ſeu duci facere in aliquam poſſeſſionem prædictarum: in quam per formam præſentium ſtatutorum ire ſeu animalia ducere permitteretur: ſi ſibi per dominum rei ſit inhibitum uel cõtradictũ uel per ſuã familiã uel per generale proclama factũ in publicis locis: ꝙ in dictã rẽ nemo uadat: uel aialia ducat. Et ſi poſt inhibitionẽ & ꝓclama ibit/uel aialia ducet/poſſit pro ꝑſona & aialibus accuſari & pœnã ſoluãt ifraſcriptã.ſ.pro ꝑſona ſol. v. ꝶ.

bos/equs

bos/equs & equa/aſinus/capra/porcus/duodecim denarios. Pecus uero ſex denarios & dãnum emendent. Et de nocte dicte pœnæ duplicent. Si uero per dominũ & eius familiam aut per proclama prædictum prohibitum non fuerit. Tunc licitum ſit cuilibet ſua animalia paſcere & ad paſcendum ducere in locis: ubi per formam præſentium ſtatutoꝝ nõ ſit prohibitum: uel ubi dãnum fieri nõ poteſt. Et ſimiliter ſit licitum aucupatoribus cum cane a rete in poſſeſſionibus alienis nõ prohibitis: ut ſupra: acuparit alias qui contrafecerit poſſit accuſari & condẽnari in pœnis hoꝝ ſtatutorum.

Quod laboratores uineaꝝ animalia teneant ligata. rub. 41.

LAboratores uinearum dum in his ſtant ad laborãdum eoꝝ aſinos & omnium eorum animalia: quæ ſecum ducerint: debeãt tenere ligatos: & ita ligata ꝙ aliquod dãnum dare nõ poſſint pœna decẽ ſoldoꝝ raueñ. pro quolibet & qualibet uice: & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

Quod pax nõ admittatur gualdario ſeu bariſello dolum uel falſitatem committenti. rub. 42.

PAx neq; concordia admittatur gualdariis ſeu bariſellis ciuitatis & comitatus Piſauri: qui in eoꝝ officio & accuſis/uel teſtimonio dolum uel falſitatẽ cõmiſerint.

Quod bubulci tenentes de nocte beſtias bouinas uel buffalinas extra ſtabulum debeant ipſa tenere cũ campano ad collum ligato. rub. 43.

OMnes bubulci habentes beſtias bouinas/buffalinas/uel equinas/ ſi ipſas beſtias de nocte tenuerint extra ſtabulum teneantur & debeant portari facere dictis eoꝝ animalibus uel alteri eoꝝ: ſaltem unum campanũ ligatum ad collum ipſorum: uel alterius ipſaꝝ cum martello pœna decem ſoldoꝝ raueñ. pro quolibet & qualibet uice. Et ꝙ dictum campanũ nõ poſſint ſerrare: uel aliquo alio modo impedire: quo minus ſonare poſſit: pœna uiginti ſoldoꝝ raueñ. pro quolibet cõtrafaciente & qualibet uice. Et ꝙ ſemper intelligatur & præſũmatur campanũ impeditum uel ſerratũ fuiſſe a domino beſtiaꝝ uel ab habentibus illas in cuſtodiã quotienſcunq; repertũ fuerit cãpanũ ſerratum: niſi talis dñs uel habentes dictas beſtias in cuſtodiã probauerit cõtrariũ.

Quod nullus poſſit tenere animalia ad paſculandum iuxta panteram ab anatibus. rub. 44.

NVllus poſſit tenere ad paſcuandũ aliqua animalia iuxta panteras ab anatibus per decem perticas a kalendis Nouembris cuiuſlibet anni per totum menſem februarii: pœna quinq; ſoldoꝝ raueñ. pro qualibet beſtia groſſa & ſex denarios raueñ. pro qualibet beſtia minuta.

De animalibus tenendis in ſaudis ad paſcendum. rub. 45.

VT omnes de ciuitate & comitatu Piſauri animalia cuiuſcunq; generis poſſint habere & tenere: ne præteſtu talis officii: aliqui a benefaciendo amoueantur. Statutum & ordinatum eſt: ꝙ unicuiq; ſit licitũ tenere & ſua animalia ducere & duci facere ad paſcẽdum in ſaudis/ſtopolis & magiaticis ciuitatis & comitatus Piſauri: quæ nõ ſint cõnexa & contigua uineis/oliuetis/uincaretis/cãnetis/& orthis: ſed ſeperate ſepe/uel foſſato/a/rebus prædictis: & niſi eis inhibitum ſit a domino rei altero ex modis ſupra in aliis capitulis deſcriptis. Et hoc idem itelligatur in limatis fluminum: quibus

nõ ſit uincaretum: canigetum/uel zuncarettum. Et prædicta locum nõ habent in grege
porcorum: qui ad paſcuãdum inſupradictis magiaticis retineri non poſſit impune.

Quod præſummatur delictum cõmiſiſſe qui fuerit uiſus uel inuentus ferre
ligna uel animalia in ſtatuto contenta. rub. 46.

QVicunq; uiſus fuerit/uel inuentus per aliquem portari ligna/cannas/paleas/ſę-
num/uincum/olera fructus/uel poma & talis delator nõ poterit docere poſſeſ-
ſionem aliquã ſe habere in contrata: ubi inuentus fuerit/ de qua ſit ueriſimilę cum di-
ctas res/uel fructus detuliſſe/uel ꝙ a uero domino alicuius poſſeſſoris tales res recepe-
rit/tunc præſumatur & pro plena probatione habeatur: ꝙ res huiuſmodi/ fructus/ uel
poma cum quibus inuentus fuerit/ uel uiſus deferre detuliſſe de poſſeſſione cuiuſlibet
dicere uolentis dictas res/ fructus uel poma a ſua poſſeſſione fuiſſe delatas: dum tamen
conſtet dãnum/de quo conqueritur datum fore & habeatur pro accuſato & denuncia-
to & debeat condẽnari ſecundum formam ſtatutorum.

De pœna accuſati per ſacramentum & de pœna iurantis ſe dãnum paſſum: cũ
nullum dãnum paſſus fuerit. rub. 47.

STatutum & ordinatum eſt: ꝙ quicunq; accuſatus fuerit per ſacramentum ab ali-
quo de aliquo dãno dato condẽnari nõ poſſit: quo ad pœnam ultra uiginti ſol.ꝝ.
poſito: ꝙ in diuerſis accuſationibus locis/temporibus & damnis datis/ſeu diuerſis poſ-
ſeſionibus accuſetur uno contextu. Et deinde ad ſex menſes nõ credatur ſacramẽto ta-
lis accuſatoris uolentis iterum accuſare. Et ſi accuſatus uel denunciatus per Gualdariũ
uel Bariſellum: uel dñm poſſeſſionis ſacramento eoꝝ dicat dãnum nullum eſſe datum
teneatur officiales dãnoꝝ datorum mittere ad uidendũ. Si dãnum datum eſt: & ſi re-
pertum fuerit nullum dãnum eſſe datum talis accuſans uel denuncians per ſacramentũ
puniatur in centum ſoldos raueñ. Niſi eſſet dãnum quod potuiſſet eſſe datum & per
teſtes uel inſpectionem probari nõ poſſet quo caſu ſtetur ſacramento domini uſq; ad
ſummam quinq; bononenorum.

De cane: qui dãnum dederit in uinea plena alicuius. rub. 48.

SI aliquis canis alicuius dederit dãnum in uinea plena alicuius ſoluat pro banno cõ-
muni uice qualibet quinq; ſoldos raueñ. dominus ipſius. Et intelligatur uinea ple-
na pro cane a kalendis Auguſti uſq; quo uue pendent in illa: & poſſit dictus canis in-
terfici & uulnerari impune a domino rei: uel a ſua familia uel laboratore & credatur
ſacramento dãnum paſſi/ & cuiuſlibet de ſua familia dicentis ſe inueniſſe tam de dam-
no dato/ q̃ etiam ꝙ canis ſit accuſati/ & ꝙ non poſſit dictum canem aſſignare uel da-
re pro noxa & de nocte pœnę duplicentur.

De damno dato a pullis. rub. 49.

ORdinatum & ſtatutum eſt/ꝙ ſi pullus alicuius: ſcilicet capo/gallus/ gallina/ uel
pulcini/anſeres/ & anates dãnum dederint in ortho/uel paleareo/ uel in campo
bladato ubi bladum penderet iam maturum uel quaſi/uel in cãpo ſeminato nundũ na-
tum alicuius: ſoluat dñs: cuius ſunt pulli/ & anſeres & anates: pro quolibet pullo ſex de-
narios raueñ. & pro qualibet anate & anſere duodecim denarios raueñ. & poſſit inter-
fici ſine pœna: & credatur ſacramẽto accuſatoris uel alterius de ſua familia tam de dã-
no: q̃ etiam ꝙ pulli ſint accuſati. Et idem intelligatur: quo ad ſupraſcriptas pœnas
de pullis: anſeribus & anatibus tam laboratoris: q̃ alterius perſonæ & tam damnum

dantibus in ſuprafcriptis locis & rebus q̄ & iam in uineis plenis & in area: ubi eſſet granum/blad.i/ſemen & quodcunq; aliud legumen. Et nullus laborator poſſit in poſſeſſione: quā tenet ad laborerium retinere pullos/capras/porcos: neq; quęcunq; alia animalia contra uoluntatē domini poſſeſſionis & abſq; ipſius licentia: pœna uiginti ſoldorum raueñ. pro qualibet uice.

De præſumptione damni dati: ſi aliquis repertus fuerit in poſſeſſione alicuius uel iuxta poſſeſſionem perſonaliter uel cum beſtiis. rub. 50.

SI aliquis fuerit repertus in poſſeſſione alicuius/licet non probetur dānum dediſſe: tamen intelligatur dānum dediſſe: & illud idē ſeruetur in animalibus & poſſit accuſari & cōdēnari/ac ſi dānū dediſſet. Et p̄dicta locū habeāt ſi ſic repertus ipſe uel aīalia in poſſeſſione ubi ſint fructus uel res dānificatę: in quibus dānū de quo fiat accuſatio potuit eſſe datū. Si uero aliquæ beſtiæ repte fuerint in poſſeſſione alicuius: uel iuxta poſſeſſionē: in qua dānum datum fuerit: ſi de dāno conſtiterit p̄ſumantur tale damnum dediſſe: & de his credatur ſacramento accuſatoris uſq; ad quātitatē uiginti ſol.ꝶ. ſi dixit ſe p̄ſonaliter inueniſſe in poſſeſſione/uel iuxta poſſeſſionē & dānū ſemper emēdent & cōdēnēt̃ ſecundū formā ſtatutoꝝ. Et hoc ſi dānum fuerit recēs & cōdecens.

De pœna accuſati negantis rem eſſe accuſatoris. rub. 51.

PRæſenti lege ordinatum eſt: ꝙ ſiquis accuſatus fuerit ab aliquo de aliquo dāno dato & in ſua excuſatione negauerit poſſeſſionem accuſatoris: & accuſator rem ſuam eſſe probauerit: uel ſe quiete & pacifice poſſidere tēpore dāni dati ſoluat accuſatus uice qualibet decem libras raueñ. de quibus medietas ſit accuſatoris & reliqua ſit cōmunis Piſauri & teneatur accuſatus nihilominus reficere accuſatori omnes expenſas: quas fecerit in probādo in aduocatis procuratoribus & ſcripturis. Et per hoc nō præiudicetur uero poſſeſſori ſi de poſſeſſione uerteret̃ quæſtio corā Poteſtate uel eius Vicario deturbata poſſeſſione quæ quæſtio principaliter coram officiali damnorum datorum uentilari non poſſit.

De impetitis de dāno ſi ſimpliciter ſe excuſando negauerint intelligantur negaſſe: quo ad damnum ſolum. rub. 52.

QVicunq; accuſatus uel denunciatus fuerit de aliquo damno dato & in ſua excuſatione in totum negauerit: negaſſe ſolum dānum dediſſe intellligatur & nō negaſſe rem eſſe accuſatoris/niſi expreſſe negauerit rem eſſe accuſatoris/ſeu domini: de qua accuſa facta fuerit.

Quod liceat unicuiq; animalia in ſua poſſeſſione inuenta ducere ſine pœna: & cuſtodi pignus auferre. rub. 53.

SI quis aliquem inuenerit in ſua poſſeſſione cum perſona uel animalibus damnum dantem: teneatur talis inuentus dicere nomen ſuum & pronomen/& nomen: cuius ſunt talia animalia ſtatim requiſitus ab inuentore: quod ſi non dixerit: ut ſi inuentus fuerit condēnetur uice qualibet in centum ſoldos raueñ. & liceat ei: qui talia animalia inuenerit ſua auctoritate ducere & colligere & ſocios ad prædicta facienda inuenire ſine pœna: dūmodo dicta animalia eodem die uel ſequenti coram officialibus cōmunis/uel maſſario cōmunis præſentet: a quibus officialibus uel maſſario redimi non poſſint: niſi prius dominus dictarum beſtiarum ſe concordauerit cum damnum paſſo

uel niſi fideiuſſores idoneos de ſoluendo condemnationem & emendam damni præſtiterit. Et ſimili modo poſſit cuſtodi dictaꝝ beſtiaꝝ: ſi noluerit dicere nomen ſuum: & cuilibet alteri dãnum danti talis inuẽtor accipere pignus ſine pœna & maſſario cõmunis uel officialibus cõis aſſignare: ut ſupra. Et ſi nõ pateretur ſibi pignus auferri/ uel accipi/ uel animalia ducere cõdẽnetur pro tali cõtumacia & reſiſtentia in centũ ſol. ꝑ. de qua reſiſtentia/ cõtumacia & negatione credatur ſacramento inuentoris uſq; ad quãtitatem.xx.ſol.ꝑ. & cũ uno teſte uſq; ad quantitatẽ.xl.ſol. De inuentione uero ſacramento domini inuentoris/ uel alterius de ſua familia credatur: ut ſupra.

Quomodo & qualiter quis de dãnis datis debeat condemnari & de quibus ſacramento credatur. rub. 54.

IN omnibus dãnis datis/ tã a perſonis q̃ ab animalibus in quibuſcunq; locis uel rebus fuerint data credat̃ ſacramẽto accuſatoris uel cuiuſlibet accuſatoris de ſua familia ſeu laboratoris/ cum conſcientia domini uſq; ad quantitatem uiginti ſol. rauẽn. Si dixerit ſe inueniſſe: & ſi cũ uno teſte probauerit: credatur uſq; ad quãtitatem quadraginta ſol.ꝑ. Si per plures teſtes credatur uſq; ad quãtitatẽ de qua accuſatus eſſet cõdẽnandus. Si uero aliquis aliquẽ accuſauerit & nõ dixerit ſe accuſatũ inueniſſe dãnũ dare. Sed tñ cũ uno teſte probauerit: tunc cõdẽnetur accuſatus ex tali probatione in uiginti ſol.ꝑ. Si uero per duos uel plures teſtes ꝓbauerit: tunc cõdẽnet̃ accuſatus uſq; ad quantitatẽ qua cõdẽnandus eſt: ex tali cauſa. Et ſemper accuſatus dãnum emendet: & dãnũ paſſus ſemper habeat medietatẽ bãni/ ſeu cõdẽnationis: & credatur ſacramẽto dãnum paſſi de datione dãni uſq; ad quantitatem uiginti ſol. pro quolibet dãno dato diuerſis diebus & locis: in quo quidẽ iuramẽto deferendo. Officialis dãnorum datorũ habeat arbitrium illud deferendi & nõ deferendi/ prout ſibi uidebitur fore iuſtum qualitate facti & conditione perſonarum inſpectis.

Quod litigantes adinuicem nõ poſſint ſe accuſare. rub. 55.

LItigantes adinuicẽ in quacũq; cauſa ciuili uel criminali uel alia non poſſint ſe nec unus alterũ de aliquo dãno dato/ uel de aliqua alia re accuſare ſolum ſacr̃m: nec aliquã aliã perſonã de eoꝝ familiis durante cauſa ꝑdicta: nec per ſex mẽſes poſt finitã cauſam niſi accuſam legitime ꝓbauerit: nõ obſtãte aliquo ſtatuto in cõtrariũ loquẽte. Et idẽ q; aliquis ex ꝑdictis nõ poſſit animalia alterius per ſacr̃m accuſare: niſi ea pſonaliter inuenerit dare dãnũ: & ea duxerit uel ꝑſentauerit corã officiali dãnoꝝ datoꝝ: uel niſi per teſtẽ probaret dicta aialia dãnum dediſſe: & ſi accuſaret unus alteꝝ uel aliquem de ſua familia per ſacramentum de tali accuſatione nõ poſſit cõdẽnari.

Quod nullus poſſit accuſare illũ qui primo eũ accuſauit. rub. 56.

QVicunq; accuſatus fuerit ab aliquo de aliquo dãno maleficio: ſeu de aliquo dãno dato nõ poſſit talis accuſatus: nec aliquis de ſua familia illũ: qui primo eũ accuſauit/ nec aliquẽ de ſua familia/ uel eius animalia inde ad ſex menſes accuſare/ de aliqua accuſa in qua ſuo ſacramento credatur niſi ꝑ teſtes legitimos uel per cõfeſſionem aduerſarii legitime ꝓbauerit vel niſi ipſe pſonaliter inuenerit dicta animalia: & ea ꝑſentauerit corã officiali dãnoꝝ datoꝝ. Et ſi accuſatus eum: qui primo accuſauit ipſum uoluerit accuſare: & accuſam probare nõ poterit accuſator eum: qui primo accuſauit accuſare non poſſit per ſacramentum. Sed alias eius accuſationes: quas fecerit legitime probare teneatur & debeat.

Quod

Quod menſis damni dati & annus poni debeat in accuſatione & infra quantum tempus accuſatio de damno dato fieri poſſit. rub. 57.

IN omnibus accuſationibus uel denunciationibus de dãnis datis in futurũ faciẽdis per dãnũ paſſos / uel eoꝝ familiã: annus menſis tantũ in quo dãnũ fuit factũ in accuſationibus ponant̃. Et poſſit quilibet de ſuo dãno infra quattuor mẽſes: poſtq̄ dixerit dãnũ fuiſſe datũ accuſare. Cõtra gualdarios uero ſeu bariſellos tam de ciuitate q̄ de comitatu Piſauri de aliquibus dãnis datis/uel dandis a quocunqꝫ ꝑſonaliter/uel cum beſtiis in quiquſcũqꝫ poſſeſſionibus ſiue bonis poſt cõpletũ tẽpus officii ſinguloꝝ gualdarioꝝ/ſeu bariſelloꝝ nõ poſſit dari uel exhiberi denuncia aliqua cotã officiali dãnoꝝ datorum: niſi infra menſem a die finiti officii continue cõputandum.

Quod Notarius dãnorum datorum alicui accuſato/ uel denunciato nõ debeat nominare teſtes. rub. 58.

VT euitetur ois ſubornatio teſtiũ: quæ ſæpiſſime per denunciatos/ſeu accuſatos fieri ſolet: ut eoꝝ dãna data remaneant impunita. Statutum & ordinatũ eſt/ ꝙ officialis dãnoꝝ datoꝝ nõ teneat̃ nec debeat pœna uiginti ſol. ꝝ. pro qualibet uice nominare alicui accuſato uel denunciato teſtes noiatos in quibuſcunqꝫ accuſis uel denunciis cotã officiali p̄dicto dãnoꝝ datoꝝ factis: niſi quãdo teſtes citati ſe p̄ſentauerint coram ipſo ad iurandũ & deponendũ eoꝝ atteſtationes uel niſi poſtq̄ depoſuerint ſi partes tẽpore iuramenti nõ interfuerint. Et quilibet de hoc poſſit dare petitiones: & habeat quartam partẽ dicte pœnæ: caſu quo dictus officialis ſuccubuerit.

Quod cõtra dãnũ dantes perſonaliter duplicent̃ pœnæ. rub. 59.

ADhoc/ut pœna temerarios & quoſcunqꝫ perſonaliter dãnũ dantes cohibeat a crimine/hac imperpetuũ ualitura lege ſancimus: ut oẽs pœnæ p̄ſentiũ ſtatutorum: quæ cõtra: perſonalitet dãnũ dantes impoſite & ſtatute ſunt: intelligant̃ & ſint auctoritate p̄ſentis legis duplicate. Ita ꝙ quilibet: qui dãnũ perſonaliter dederit in rebus & locis ex forma præſentium ſtatutorum prohibitis in quocunqꝫ ſuo contingenti caſu duplicata pœna afficiatur.

Quod quilibet poſſit conſtituere gualdarios ſeu bariſellos in ſuis poſſeſſionibus. rub. 60.

QVilibet/qui habet potere in ciuitate & diſtrictu Piſauri poſſit cõſtituere gualdariũ/bariſellũ & ꝓcuratorẽ unũ & plures: qui poſſint accuſare oẽs dãnũ dãtes in ſuis poſſeſſionibus/ſicut ipſe dñs facere poſſet: & poſſit quẽlibet de ſua familia mittere ad accuſandũ de dãnis ſibi factis: & familiaris poſſit cũ licẽtia dñi ſui accuſare oẽs dãnũ dãtes in tebus dñi ſui abſqꝫ aliquo inſtr̃o procurationis/ ſeu gualdarie: quẽadmodũ ipſe dñs poſſet. Quibus etiã credat̃ ſuper emendatione dãnoꝝ prout dño rei credatur. Et idẽ intelligatur in laboratoribus quarũlibet poſſeſſionũ: qui poſſint cũ licentia dominoꝝ accuſate oẽs dãnũ dantes: quoꝝ ſacr̃o credatur: ſicut ſacr̃o dominoꝝ & partẽ cõdẽnationis & emendã dãni cũ licẽtia dominoꝝ cõſequatur. Et laboratores & coloni affictuarii & partiarii poſſint ratione fructuũ etiã accuſare & pacem facere nõ tamen poſſint accuſare dominos poſſeſſionũ: & ſi cõtigerit per dominos dãnũ dari poſſit affictuarius cogere dominũ ad eligendũ unũ uel plures extimatores: qua extimatione facta/ liceat eidẽ affictuario uti retẽtione in affictu per eum aſſignãdo. Caſtaldiones/ procuratores & familiares dominoꝝ poſſint remiſſionẽ & pacẽ facere: ſi mandata habue-

rint/uel de domini uoluntate. Caſtaldiones tamen/ eo ipſo ꝙ caſtaldiones cōſtituti fue rint a dominis intelligatur habere mandata ad prædicta.

Quod condēnati uel exbāniti occaſione alicuius dāni dati nō poſſint de banno exire/niſi primo cōpoſuerint cum dānum paſſo. rub. 61.

SI quis fuerit accuſatus/uel in bāno poſitus occaſione alicuius dāni pro perſona uel ſuis beſtiis quocūq; modo/ ꝙ de ipſo dāno uel cōdēnatione extrahi nō debeat nec poſſit: niſi prius de ea cōdēnatione cū dānū paſſo cōpoſuerit. Et Poteſtas & officialis dānoꝝ datoꝝ & quilibet ipſoꝝ teneatur hoc ſtatutum præciſe facere obſeruari ſine re medio conſilii: & qui contrafecerit ſoluat de ſuo ſalario communi centum libras raueñ. & damnum paſſum indemnem conſeruet.

De capitibus ſolidoꝝ ſoluendis in cauſis dānoꝝ datoꝝ. rub. 62.

OMnes & ſinguli accuſati uel denunciati ex cauſa dānoꝝ datoꝝ cōtra quos pro ceſſum fuerit: ſi pacē habuerint ante ꝙ condēnent̄ ex cauſa ꝓdicta ſoluere te neantur & debeant unū ſoldū pro qualibet libra: eius in quo uenirēt cōdēnādi & eo rum proceſſus dicta ſolutione facta cancellari debeat per officialē dānoꝝ datoꝝ. Si ue ro cōdēnati fuerint ſoluāt & ſoluere debeāt pace habita/ duos ſoldos eius in quo cōdē nati eſſent. Et eo caſu talis ꝓceſſus & cōdēnatio cancellet̄ & cancellari debeant.

De foueis lupariis & de tribolis nō fiendis & deſtruēdis. rub. 63.

NVlla perſona in ciuitate & comitatu Piſauri in locis publicis uel priuatis au deat uel ꝓſūmat facere/habere ſeu tenere foueas lupariàs / uel tribulos ferri / uel ligni in ſuis poſſeſſionibus nec aliquod aliud facere uel ponere nec tenere ꝓpter quod hoīes ſeu aīalia ledi poſſint. Et quicunq; eos habuerit teneat̄ & debeat dictas foueas re pleri facere: & dicta[illegible]ſſes cū agutis uel tribolis eleuare ſeu eleuari facere infra quin decim dies poſt bānū ſeu ꝓceptū factū ex parte officialis dānoꝝ datoꝝ. Et qui cōtra fecerit ſoluat noīe bāni uice qualibet.xxv.lib.ꝟ. & dānū emēdet & cuilibet cōpetat ac cuſatio & habeat medietatē bāni. Et gualdarii ſeu bariſelli: elapſo termino prædicto de nunciare teneantur omnes contrafacientes ſub pœna uiginti ſoldoꝝ raueñ. infra unū menſem a tempore principii eorum officii.

De nō aucellādo ad cogollū & pānū rubeū uel laqueū ad ꝑnices. rub. 64.

STatutum eſt ꝙ nullus audeat aucupare ſeu aucellare ad pānū rubeū ſeu cogollū uel laqueū ad pernices capiendas: & ꝙ nullus audeat aucupare cū cane a kalēdis Februarii uſq; ad kalendas Aprilis ad pernices. Et ſiquis pernices uiuas acceperit dicto tēpore debeat eas relaxare incōtinenti. Et qui cōtrafecerit ſoluat noīe bāni.xl.ſol.ꝟ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni. Et quicunq; repertus fuerit dicto tēpore uendere pernices in platea cōis uel alibi ſoluat noīe bāni.xl.ſol.ꝟ. & cuilibet cō petat accuſatio & habeat medietatē bāni: & cuilibet liceat talia retia & cogolla & pā num rubeum & laquea accipere/incidere/& frangere/& exportare libere ſine pœna.

De formello & laqueis nō faciēdis & de pœna cōtrafaciētiū. rub. 65.

NVllus audeat uel ꝓſūmat facere formellū in caccia Illuſtriſſimi Dñi noſtri pœ na & bāno.xxv.lib.ꝟ. pro quolibet & qualibet uice. Extra uero deſignata di cte caccie nullus audeat uel ꝓſūmat facere dictū formellū: niſi primo fideiuſſione ꝓſtita officiali dānoꝝ datoꝝ de.xxv.lib.ꝟ. & promiſſione facta de nō capiendo colūbos pœ na.xl.ſol. ſi dictā fideiuſſionē nō ꝓſtiterit: qua etiā facta & ꝓſtita nō liceat alicui dictū formellum

formellum uel laqueum aut caniciarum facere in poſſeſſione alterius: niſi eam haberet ad laboreriũ/uel ad guardiam/uel de licentia domini poſſeſſionis pœna & banno quadraginta ſoldoꝝ rauẽ. in ſua autẽ/caſu ſupradicto liceat impune ꝑſtitã dicta fideiuſſione: ſi cœperit colũbos puniatur ſtatuto loquẽte de columbis nõ capiendis: & nõ pœna fideiuſſionis. Et ſingulo anno capi debeant dicte licentie a dicto officiali pœna ſupradicta quadraginta ſoldoꝝ rauẽ.

De grippis nõ ſappandis. rub. 66.

ILle qui hẽt poſſeſſionẽ ex parte iferiori nõ ſappet: nec explanet grippũ illius: qui habet poſſeſſionem ex parte ſuperiori & non ſplanet nec ſappet ab uno pede uerſus grippum: & qui cõtrafecerit ſoluat nomine banni centũ ſol. ꝟ. & ſplanatũ & ſappatum reaptet: cuius bãni medietas ſit cõmunis & alia medietas ſit accuſatoris: & ſtet ſacramento illius: qui habet poſſeſſionẽ ex parte ſuperiori/ inſpectione prius facta per iudicem: uel miſſum ab eo/ uel ſi per teſtem probaretur. Nec ille qui habet poſſeſſionem iuxta grippũ alicuius/ nec aliquis alius ſplanet uel ſappet poſſeſſiones alicuius/ nec propinquet ſe ſappando uel fodendo/uel ſplanando ab uno pede: & qui contrafecerit condẽnetur pœna ꝑdicta. Et ſemper intelligat dñm poſſeſſionis: qui erit ex parte inferiori feciſſe ſappaſſe uel ſplanaſſe: uel eius laboratorẽ ſi factũ apparuerit: & laboratores cõtrafacientes poſſint accuſari inde ad decẽ annos a die ſplanationis & ſappationis facte. Et ꝑdicta locũ habeãt in ꝑteritis ꝑñtibus & futuris. Et ſi ille/qui habet poſſeſſionẽ ex parte inferiori: uel ille qui habet ex parte ſuperiori petierit/ ꝙ termini mittant inter ipſas poſſeſſiones tales termini mitti debeãt per unũ amicũ ab utraq; parte eligendũ: uel per plures: & qui in his cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni. xx. ſol. ꝟ. Et ſemper ꝑſũmat eſſe grippus poſſidentis ex parte ſuperiori niſi cõtrariũ apparuerit. Et habens poſſeſſionẽ a latere ſuperiori nõ poſſit ꝓhicere terrã glebas/uel zuppas in poſſeſſione uicini ex parte inferiori: quouſq; termini in dicta poſſeſſione appoſiti & immiſſi fuerint: ſecũdum quod ſuperius declaratur ſub dicta pœna uiginti ſoldorum pro quolibet contrafaciente uice qualibet.

De uno pede ſaudo dimittendo circa terminos. rub. 67.

IN quocunq; loco in terris & poſſeſſionibus per totũ diſtrictũ ciuitatis & comitatus Piſauri: ſi ſint termini qñ terre laborantur debeãt dimitti circũcirca dictos terminos unus pes terre ſaude adminus. Ita ꝙ termini nõ ualeãt pro laborerio remoueri. Et ſiquis cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni uice qualibet & pro quolibet termino. xl. ſol. ꝟ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni. Et qñ ſit denunciatio mittatur preco uel plazarius ab officiali ad uidendũ ſi laboratũ eſt iuxta terminos cõtra formã praeſentis ſtatuti & ſtetur relationi ꝑconis uel plazarii

Quod nullus palottet ad palatiũ neq; ad alias turres. rub. 68.

NEmo ſit auſus ſagittare/baliſtrare/palottare/neq; proiicere auibus morantibus in palatio cõmunis/uel ſupra palatiũ cõis/neq; ad aliã aliquã turrim/uel domũ alicuius pro dictis auibus capiẽdis: & qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni. xx. ſol. ꝟ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni ſi ꝓbauerit/ſteturq; ſacrõ accuſatoris uſq; ad quãtitatẽ decẽ ſol. ꝟ. & accuſator in credentia teneatur: ſi poſtulatũ fuerit & dãnũ iniuriato emẽdet ad cuius domũ uel turrim baliſtratũ palottatũ uel proiectum fuerit/ uſq; ad quantitatẽ quadraginta ſoldorum rauẽ. Et ꝙ nemo terrigena uel fo

renſis debeat aſcendere ſuper palatium cõmunis niſi cauſa aptandi pœna decem libra rum raueñ. pro quolibet & qualibet uice: & cuilibet competat accuſatio.

De pœna capientis columbos. rub. 69.

STatutũ eſt/ꝙ nemo audeat uel ꝓſũmat capere colũbos ſaluaticos uel domeſticos ullo modo/niſi ille/uel illi: cuius ſunt & hoc in colũbario ſuo tãtũ uel iuxta dictũ columbariũ & in loco ubi ſunt cõſueti morari. Exceptis pippionibus turriũ: ꝙ liceat dñis & eoꝝ familiis capere & accipere. Et qui cõtrafecerit cõdẽnet̃ cõi Piſauri in cẽtũ ſol. ꝶ. pro quolibet colũbo & dãnũ dñis emẽdet: & quilibet dñs poſſit accuſare & habeat medietatẽ bãni & ſtetur ſacr̃o dñi uſq; ad quãtitatẽ ſexaginta ſol. ꝶ. in condẽnatione fienda. Et quilibet poſſit cõtrafacientes accuſare & habeat medietatẽ bãni ſi probauerit cũ uno teſte. Si uero aliquis repertus fuerit uendere uel habere tales colũbos captos cõdẽnet̃ uice qualibet in centũ ſol. ꝶ. niſi doceat unde habuerit tales colũbos uel dantes ſibi ad uendendũ: & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ banni & in credentia teneat̃ ſi fuerit poſtulatum: & cuilibet dño poſſeſſionis liceat expellere colũbos de ſua poſſeſſione: dũmodo eis nõ proiciat uel eos capiat. Et ſi contigerit dum eos expellit de dicta poſſeſſione aliquem interficere ſoluat nomine banni cõmuni Piſauri quadraginta ſoldos raueñ. & nõ ultra: & damnum domino emendet & in ſupradictis caſibus nõ habeat locum beneficium pacis.

De negatione & mutatione nominis. rub. 70.

VT a quolibet ueritas habeatur: ꝙ quicunq; interrogatus fuerit a Poteſtate: iudicibus/milite ſocio: notario poteſtatis/officiale dãnoꝝ datoꝝ/ſeu gualdariis/aut bariſelli/ꝙ dicat nomen ſuũ & ſi ipſe negauerit dictũ nomen ſuũ/uel non dixerit pro qualibet uice in centum ſoldis raueñ. cõmuni condẽnetur: & plus & minus ſecundum perſonarum & negocii qualitatem.

De conuictis in mendacio. rub. 71.

QVicunq; interrogatus fuerit ab aliquo officiale cõmunis Piſauri ſup aliquo facto/ꝙ dicat ueritatẽ & inuentus fuerit nõ dicere ueritatẽ & cõuictus fuerit de mendacio iuridice in decẽ ſol. ꝶ. uice qualibet cõi cõdẽnetur & plus & minus arbitrio officialis ſecũdum negocii qualitatẽ. Et idẽ in poſitionibus in iudicio productis. Et habeat locũ/in proprio facto ſuo tantũ. Et ꝓdicta nõ uendicet ſibi locũ/quando aliquis ſe excuſando ab aliqua accuſatione/ inquiſitione/ uel denunciatione negaret contenta in dictis accuſatione/inquiſitione/ uel denunciatione: quo caſu in nihilo puniatur pro tali negatione: etiam ſi de mendacio conuictus fuerit.

De eo qui imiſerit ignẽ ſine licentia. rub. 72.

NVllus auſu temerario ꝓſũmat mittere ignẽ in ſiluã uel in aliquẽ aliũ locũ ſuũ uel alienũ in curte ciuitatis Piſauri & diſtrictu ſine expreſſa licẽtia Poteſtatis uel eius officialiũ: aut officialis dãnoꝝ datoꝝ. Qui officiales teneant̃ recipere a poſtulantibus licentiã bonã & idoneã cautionẽ de emendando omne dãnũ: quod cõtigerit alicui occaſione prædicta & arbitrio triũ cõmunaliũ hominũ amicoꝝ abſq; porrectione libelli uel alia iuriũ ſolẽnitate: & qui cõtrafecerit ſoluat noie pœnæ. x. lib. ꝶ. & dãnũ emendet. Et nõ intelligat̃ auſu temerario ignis imiſſio ubi ex ĩminenti neceſſitate fuerit factus ignis & in loco ubi fieri dãnũ nõ põt & nõ principaliter cauſa infocandi ut puta ex cauſa calefaciendi coquinandi uel cauſa cõburendi in aliquo loco aliquis ani

mal putridũ uel aſpidẽ: & his ſimilia. Si uero habita licentia dãnũ dederit alicui: ſolum dãnũ emendet. Et ſi nõ habuerit unde ſoluat fuſtibus caſtiget᷑ per totã ciuitatẽ & burgos. Si uero incendiarius qui ignem imiſerit in aliquibus rebus & poſſeſſionibus & ex ipſo incendio dãnum fuerit illatum alicui & malefactor reperiri nõ poſſet: tũc ille qui utunt᷑ in contrata: ubi imiſſio ignis facta fuerit/uel ꝓximiores utentes in cõtrata illa: ubi fuerit incẽdiũ factũ ad emẽdã dãni teneãt᷑ uſq; ad quãtitatẽ decẽ lib.℞. Recepto prius a dño poſſeſſionis/ſiue a dãnũ paſſo ſup his ſacro: & hoc fiat ſũmarie & ſine ſcriptis.

De pœna aucellantis noctis tẽpore cũ igne. rub. 73.

ORdinatum & ſancitũ eſt/ꝙ nullus de cætero audeat uel ꝓſũmat noctis tẽpore aucellare cũ igne: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni.xxv.lib.℞. pro qualibet uice & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni: & ſi in illa cõtrata dãnũ datum fuerit illa nocte: qua aucellauerit/aliter nõ apparente de dãnũ dãte talis aucellãs ꝓſũmat᷑ dãnũ dediſſe & dãnũ emendet: & ſtetur de ꝑdictis ſacramẽto accuſatoris.

De eo qui muros & foſſata ciuitatis Piſauri & caſtrorum ipſius deuaſtauerit. rub. 74.

QVicunq; muros ciuitatis & caſtroꝝ ipſius deuaſtauerit in aliquo det cõi pro bãno.xxv.lib.℞. & muros deſtructos reaptet: & qui foſſata ciuitatis & caſtrorum deuaſtauerit in centũ ſol.℞. cõmuni condẽnetur uice qualibet & deſtructũ reaptet ſuis propriis expenſis: & ꝙ nullus habens domũ cõiunctã muro ciuitatis Piſauri & caſtroꝝ ipſius de ipſa domo/turri/uel palatio lapides trahere nec murũ ſuũ: nec murũ cõmunis rũpere ꝓſũmat modo aliquo uel attentet ſine expreſſa licentia Poteſtatis: quã licentiã dñs Poteſtas cõcedere nõ poſſit ullo modo ſine expreſſa licentia cõſilii credentie: & niſi primo uiderit uel a ſuis officialibus uideri fecerit murũ: quẽ rũpere uoluerit/uel lapides trahere cum occaſione muroꝝ ſpecialium muri ciuitatis & comitatus quottidie deuaſtent᷑: & qui cõtrafecerit nomine bãni.xxv.lib.℞. ſoluat. Et Poteſtas teneatur quolibet anno facere inquiſitionem ſuper prædictis: & hoc locũ habeat in præteritis præſentibus & futuris: & cuilibet competat accuſatio.

Quod nullus cauet uel fodiat a ſpondis foſſatoꝝ. rub. 75.

NVllus fodiat uel cauet a ſpõdis foſſatoꝝ cõmunis uel uiaꝝ publicaꝝ cõmunis intra muros ciuitatis Piſauri: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni.xx.ſol.℞. pro quolibet/& qualibet uice/& cuilibet cõpetat accuſatio: & habeat medietatẽ bãni.

Quod nullus accipiat de lapidibus pontis ſoleę uel de aliquo alio hedificio communis. rub. 76.

ITem ſtatutũ eſt/ꝙ nullus audeat uel ꝓſũmat aliquẽ lapidẽ de lapidibus põtis ſoleæ/ uel de muris cõis/uel aliquid de alio hedificio cõis Piſauri accipere/ uel accipi facere: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni decẽ lib.℞. & ablata reſtituat: & cuilibet cõpetat accuſatio: & habeat medietatẽ bãni & dãnum intereſſe cõmunis reſartiat.

De arboribus indomeſticis & aliis ẽt domeſticis nõ deramãdis. ru. 77.

OMnes arbores indomeſtice & etiã domeſtice exiſtẽtes iuxta uias/ uel poſſeſſiones aliquoꝝ debeant deramari uſq; ad cimã per illos: quoꝝ ſunt dicte arbores: quod ſi facere nollent. Quilibet poſſint ipune arbores tales deramare. Et ſiqua arbor ſupra poſſeſſionẽ alicuius pependerit ſubcidi debeat per illũ: cuius ipſa arbor exiſterit. Si uero facere recuſauerit: per aliũ iuxta ipſum poſſidentẽ ipune decreuerunt ſubcidẽ

dum: etiã intelligatur de arboribus pendentibus ſuper uias publicas uel uicinales prote
ſtatione inſcripris præmiſſa in p̄dictis/uel corã iudice citatione facta. Et ꝙ unuſquiſqꝫ
habens poſſeſſionẽ iuxta uias publicas uel uicinales debeat incidere toncare & affracta
re fraſcas/ſpinos/& rogos pendentes ſuper tales uias & affractatos tenere quantũ poſ-
ſeſſio ſua protendit: ut per tales uias haberi poſſit cõmode oĩs acceſſus: & qui cõtraſe
cerit in uiginti ſol. ℞. puniatur: & cuilibet ſit licitum affractare & roncare.

De panteris factis & fiendis & de aquis earum. rub. 78.

OMnes uolenres panreras facere poſſint illas libere facere in ſuis poſſeſſionibus:
dũmodo eas panteras nõ faciãt iuxta panterã alterius iã factã per centũ quin
quaginta perticas: quo caſu eis licitũ nõ ſit infra dictũ ſpaciũ dictã panteram facere.
Nec etiã licear alicui facere uel tenere aliquã coptimã iuxta dictas panteras ad centũ
perticas p̄dictas abſqꝫ licẽtia cuius fuerit panteria niſi coptima foret antiquior ipſa pã
teria/ nec etiã liceat coptimã iuxta coptimã facere ad centũ perticas p̄dictas abſqꝫ li-
centia p̄dicta & faciens coptimas p̄dictas iuxta pãteras p̄dictas nõ poſſit aucupari ad
coptimã uel in ipſa coptima retinere tarpones pœna.xxv. lib. boñ. Er eis faciẽtibus di
ctas panteras: uel ad p̄ſens eas habẽtibus licirũ ſit lacũ pantere tenere in ſua poſſeſſio
ne. Attamen ꝙ ad aquã habendã pro dicta pantera debeat ducere aquã per loca recta
& cõſueta: ſi fieri poreſt/ quod ſi nõ poteſt per recta foſſata aquã ducere & oportetet
clauſam facere aliquã & ex utraqꝫ parte ubi clauſa faciẽda eſſet haberet terrenũ liceat
ipſi clauſam facere: dum tñ ex reſtagnatione/uel ductu dicte aque occaſione dicte clau
ſe nullũ fiat p̄iudiciũ poſſeſſioni alicuius circũſtantis/uel cõmuni Piſauri: & aliter nõ
liceat alicui facere clauſam uel reſtagnationem aquaꝝ. Quod ſi aliquis faceret: liceat
unicuiqꝫ talẽ clauſam facere tollere & amouere ſine pœna. Et ſiquis habuerit panteram
uel poſſeſſionẽ ex p̄te ſuperiori nõ poſſit/nec debeat aquã deuiare uel tollere pãrere in
feriori quin habeat aque ſolirũ curſum ſine dãno circũcolẽriũ. Item/ ꝙ nullus p̄ſũmat
iniuriari dictis panreris clamando/uel aliquid faciendo ſtudioſe propter quod impedire
poſſet aucupatio ipſaꝝ panteraꝝ/uel alicuius eaꝝ. Ira tamẽ ꝙ liceat oĩbus habẽtibus
poſſeſſionẽ uicinã ipſis panteris/uel alicui eaꝝ laborare uel laborari facere & ligna in-
cidere in ſua poſſeſſione & alia facere: quo ſibi fuerint utilia. Et qui cõtrafecerit iniu-
riando dictis panteris ſoluat nomine banni uice qualibet centum ſol. ℞.

Quod pœnam patiatur non probans accuſam: & ꝙ uictus uictori in expenſis
condemnari debeat. rub. 79.

SI quis accuſauerit aliquẽ in curia cõmunis Piſauri & ſuã accuſationẽ nõ probaue
rit per cõfeſſionẽ aduerſarii uel per legitimã probationẽ/uel ſaltẽ per plenã p̄ſum
ptionẽ/uel per unũ teſtẽ idoneũ: ſi quãritas: qua accuſatus cõdẽnandus eſſet: ſi proba
retur accuſa aſcenderet uſqꝫ ad ſũmã decẽ libraꝝ/uel infra cõdẽnet accuſans uice qua-
libet in quinqꝫ ſol. ℞. Si uero dicta quãtitas aſcẽderet ultra dictã quãtitatẽ decẽ lib. ℞.
uſqꝫ ad quãtitarẽ.xxv. lib. ℞. cõdẽnetur accuſans uice qualibet in uiginti ſol. ℞. Si uero
dicta quantitas aſcenderet ultra dictã quãtitatẽ/uſqꝫ ad quãtitarẽ quinquaginta lib. ℞.
cõdẽnetur in centũ ſol. ℞. accuſans. Si uero quantiras aſcenderet ad ſũmã centũ lib. ℞.
uel abinde infra ſcilicet a quinquaginta libris ſupra cõdẽnetur in decẽ lib. ℞. uice qua
libet. Si uero accuſatio eſſet de homicidio/falſitate/latrocinio/proditione/incẽdio/ſiue
de aliquo alio maleficio: de quo imineret periculum mortis condẽnetur accuſans/ſuam

accuſam

accuſam nõ probans in centum lib.ꝝ. Si uero dictam accuſationẽ probauerit per confeſſionem aduerſarii: uel per legitimã probationẽ uel per plenã præſumptionẽ / uel per unum teſtem idoneum in nullo condẽnetur. Et ſemper in omnibus accuſationibus cuiuſcunq; condẽnationis exiſtant. Iudex teneatur uinculo ſacramenti uictum uictori in expenſis legitimis condemnare.

De pace nõ admittenda in infraſcriptis delictis & exceſſibus rub. 80

PAx nõ admittatur pro infraſcriptis exceſſibus: ſcilicet pro blaſſemia facta cõtra Deum / Beatam uirginẽ Mariã & ſuos ſanctos pro iniuria facta contra picturas: & res ſacras. Item pro exceſſibus beccariorum: ubi de falſo ageretur: pro exceſſibus tricolarum / camangiatoliaꝝ / calzolanorum / piſcatorum / pro bannis porcorum per ciuitatem euntiũ: pro exceſſibus dominoꝝ molẽdinoꝝ ab olio: ubi de falſo agereť. Et pro exceſſibus factis contra plazarios cõmunis in uetando pignus / ſiue pignora & tenutas.

De ſimilibus ad ſimilia procedatur. rub. 81.

IN omnibus maleficiis delictis exceſſibus & dãnis datis: de quibus pœna in ſtatutis non exprimitur: Poteſtas & officiales cõmunis Piſauri poſſint de ſimilibus ad ſimilia procedere / puniendo / condemnando & abſoluendo.

De terminis nõ extrahendis. rub. 82.

SI quis præſumpſerit terminos poſitos per partes / uel poſſeſſores / uel per amicos a partibus electos: uel per Poteſtatẽ & ſuam curiam poſitos / uel alios terminos antiquos pro diffinitione aliquaꝝ poſſeſſionũ de loco illo cauare uel amouere aliqua cauſa uel modo / uel amoueri facere. Si legitimis teſtibus conſtabit: uel per confeſſionẽ delinquentis pœnam uigintiquinq; libraꝝ incurrat delinquens: quã Poteſtas eundem ſoluere cõpellat. Si uero de amotione terminoꝝ conſtabit: nec de amotore conſtare poterit: Poteſtas & ſua curia ad petitionem cuiuſlibet conſortis teneatur terminos in primo loco reponi facere: & alium conſortẽ iurari facere: qđ perpetuo ſine cõſenſu & uoluntate ſui conſortis & uicini terminos nõ amouebit de ipſo loco / nec mãdabit / nec cõſentiet ipſos terminos de ipſo primo loco amoueri ꝑpetuo. Et totiens hoc fieri faciet dictis dñs Poteſtas / quotiẽs de remotione ipſoꝝ terminoꝝ conſtabit eidẽ. Et ſi de amotione cõuictus fuerit per cõſortẽ uel uicinũ talis amotor totiens quotiẽs cõuictus fuerit pœna ꝑdicta puniatur. Et quicũq; de nouo ſine cõſenſu cõſortis uel uicini terminos miſerit uel ipoſuerit in.xxv.lib.ꝝ. cõmuni cõdẽneť: cuius medietas ſit cõmunis & alia medietas ſit uicini & cõſortis iniuriã & dãnũ paſſi. Et de nouo intelliganť termini immiſſi: ſi probauerit ipſos terminos ab antiquo uel alio modo / imiſſos fore. Et ſi ꝑdicta nõ apparerẽt de nouo facta: tũc cõmuniter termini imittanť per ueros dños poſſeſſionum uel ius habẽtes in eis / uel per amicos electos ab eis. Et hoc ſtatutũ locum habeat in præteritis / præſentibus & futuris. Quod ſtatutum nõ intelligatur in nõ habentibus ius in poſſeſſionibus terminandis uel terminatis: & cuilibet competat accuſatio: uſq; ad decem annos / non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium loquente.

Quod laboratores cõgruis tẽporibus laborare dñoꝝ poſſeſſiones: & quæ dicantur congrua tempora. rub. 83.

LAboratores terraꝝ / uineaꝝ & aliaꝝ poſſeſſionũ teneanť & debeant poſſeſſiones ipſas: quas ad laboreriũ habuerint cõgruis tẽporibus laborare: & ſi nõ fecerint: ſoluant noie bãni.xl.ſoľ.ꝝ. & dño cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni & cre-

datur ſacramēto accuſatoris. Et nihilominus teneatur ad dānū & intereſſe dñi: extimā da per duos cōmunes amicos per ipſos eligēdos. Saluis tñ pactis factis iter dños & la boratores. Cōgrua autē tēpora intelligant in terris: quæ rūpi debeant de mēſe Martii & Aprilis: & refrangi de menſe Iunii: remenari autē de menſe Auguſti: uſq; ad mediū menſis Septēbris. Seminari autē debeant: uſq; ad quindecim dies menſis Nouēbris in cluſiue in terris plani territorii Piſauri. In terris uero caſtroꝝ & montiū cōgrua tēpora intelligant/quo ad ſeminandū per totū menſem Nouēbris. Cōgrua autē tēpora: quo ad mundandū granū/ordeū/ſpeltā/& farrū intelligat per totū menſem Aprilis. Con grua autē tēpora ad potandū & inuiſcandū/ficandū/leuandū/& palmandū uineas in telligantur per totū menſem Martii. In ſappando uero & uangando per totū menſem Maii. Quod nō intelligat in uineis & cānetis: quæ debeant remenari: ſed in eis locū habeāt cōgrua tēpora: quo caſu intelligant cōgrua tēpora: quo ad ſappādū & uāgādū uſq; ad medium menſem Aprilis & remenādo: uſq; ad medium menſem Iunii.

De laboratoribus debentibus reddere dñis partē eoꝝ. rub. 84.

OMnes laboratores terraꝝ debeant dare dñis eoꝝ partē canterii a cigliature ſo lamine & retrouene: & totū illud: qđ reperiri poterit abſconditū uel aſſignatū extra canteriū: & retrouena ad dñm & nō ad laboratorē debeat ptinere. Et laborator cōtrafaciēs pro qualibet uice in centū ſol. ꝺ. cōdēnetur: cuius medietas ſit cōis & alia medietas ſit accuſatoris & credatur ſacro dñi poſſeſſionis/ſiue caſtaldi ipſius cū proba tione unius de trituratoribus uel alterius perſone. Et idē intelligatur in uineis.

Quod laboratores non porrent bladum alibi ad battendū & de cauaglio nibus barcariis & paleariis faciendis. rub. 85.

NVllus: qui recipit terrā aliquā ad laboreriū ab aliquo debeat bladū ſeminatū in ipſa terra de ea extrahere ſine licētia domini: cuius terra fuerit. Sed bladū debeat in ea triturare & portionē ſuā dño: cuius terra fuerit in eadē reddere ei uel ſuo nūcio anteq̄ de terra cū extrahat. Et qui cōtrafecerit ſoluat pro bāno .xx. ſol. ꝺ. & pulā de ipſa terra nō trahat: nec trahi faciat ullo modo: ſed areā bona fide debeat acigliare & partē acigliature domino cāpi/ſiue terre reddere atq; dare: ſicut ſibi reddidit de alio blado: nec ſolū in dicta area relinquere: ſed domino dicti ſoli partē: ut de alio blado reddere teneat. Et poſtq̄ laborator cōpleuerit aſſignare canteriū & partē ſuā receperit & exportauerit & ſuā dño aſſignauerit: nihil habeat poſtea facere in area per modum acigliandi dictā areā uel alio modo niſi portando paleas ſi remanerent. Et qui cōtrafece rit in centū ſol. ꝺ. cōdēnetur: & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatē bāni: & teneant laboratores terraꝝ & trituratores bladū: una cū eis facere paleareū de paleis contingentibus domino poſſeſſionis iuxta dictam aream: ſi domino placuerit dando ei dominus metile pro dicto paleare faciēdo. Et nihilominus teneantur facere dicti la boratores cauaglionos de treſdecim couibus/nec plus/nec minus eadē die: qua metue rint: & ipſis finitis/teneantur domino denunciare numerum eoꝝ: & q̄ cum totum cā pum bladum dicti campi fuerit ſecatum/ factis cauiglionibus debeāt facere barcam in campo domini iuxta aream dicti campi ſub pœna ꝑdicta. Et conducentes res ad affi ctum teneantur locatori anteq̄ fructus exportent de poſſeſſione cōducta: locatori ſol uere affictum: ſaluis pactis inter conductorem & locatorem pœna prædicta.

Quod

Quod laboratores non ſeminent in uineis uel uacuamentis exiſtentibus in uineis. rub. 86.

LAboratores uineaꝝ nõ poſſint: nec debeant aliquid ſeminare in uineis uel in uacuamentis exiſtẽtibus inter uineas ſine licẽtia domini poſſeſſionum ſub pœna uiginti ſoldoꝝ pro quolibet & qđ ſeminatum eſſet/ſine licentia domini/dño applicetur uinearum: & credatur ſacramẽto domini de ſeminatione: licentia uero habita: nihil teneatur dare domino de fructibus: niſi aliud inter eos conuentum eſſet.

De cortinis uineaꝝ per laboratores laborandis. rub. 87.

TEneantur laboratores & debeant laborare omnes & ſingulas cortinas exiſtentes circa uineas: quas laborant & omnia alia uacuamẽta exiſtẽtia in ipſis uineis pœna & bãno.xl.ſol.ꝝ. cõi applicãda & emendationis dãni dñi uineæ. Quod dãnũ extimari debeat per duos cões amicos a dño & laboratore eligẽdos. Qua extimatione facta/ſine figura iudicii illico cõpellatur laborator ꝑdictus ad emendationem ſiue ſolutionem dicte extimationis. Et hoc qñ inter dñm & laboratorẽ: ita eſſet actum.

De parte cannarum ſiccarum & ſermentorum aſſignanda dominis per laboratores. rub. 88.

OMnes laboratores cannas ſiccas & uites uineæ: quã laborant uinea completa in unum recolligere debeant & medietatem domino reddere & aſſignare pœna uiginti ſol.ꝝ. Et nihilominus cannas & uites domino dare & aſſignare: niſi alıud actũ eſſet inter partes. Non tamen poſſint dicti laboratores: nec eis licitum ſit faſcinas dictarum cannarũ & uitium ligare cũ uincis dñi & patroni ſui & poſſeſſionis ſeu uineæ: quã laborant pœna & bãno decẽ ſol.ꝝ. pro qualibet uice: qua cõtrafecerint in ꝑmiſſis.

De cannis ſiccis nõ apportandis. rub. 89.

VSque ad initium quadrageſime nullus & nulla audeat uel præſũmat apportare cãnas ſiccas in ciuitate Piſauri uel extra uineas/niſi fuerit dominus poſſeſſionis uel eius familia: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni.xx.ſol.ꝝ. cuius medietas ſit dñi poſſeſſionis altera medietas ſit cõis & accuſatoris: & cuilibet cõpetat accuſatio. Cuſtodes uero portaꝝ pro uice qualibet: qua denunciauerint portantẽ haberi debeant ab apportatore duos ſol.ꝝ. & ſi nõ denunciauerint cõdẽnentur cuſtodes in uiginti ſol.ꝝ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni. Euntes uero ad laborerium ſiue ad precium cannas uel uites apportare non debeant de ſero pœna duodecim denariorum ꝝ. quos duodecim denarios dominus poſſeſſionis retinere ſibi poſſit ipune de precio ipſius apportantis: ſaluis pactis habitis inter laboratorem & dominum. Et nõ habeat locum dictum ſtatutum ſi contrafactum fuerit de uoluntate domini. Supradicta tamen in præſenti ſtatuto non uendicet ſibi locum facta diuiſione cannarum & uitium per laboratorem cum patrono: quo caſu licitum ſit dicto laboratori portare portionẽ ſuam pro libito uoluntatis & quocunq; tempore.

De poſſeſſione a domino laboratori nõ tollenda & per laboratores nõ relinquenda & de parte fructuum domino reddenda. rub. 90.

NOn poſſint uineæ locate laboratoribus eis accipi a locantibus infra tẽpus locationis: nec ipſi laboratores relinquere niſi cautum eſſet inter eos ꝙ infra tẽpus poſſint accipi & relinqui: & qui contrafecerit ſoluat pro qualibet uice quadraginta ſol.ꝝ. nec dicti laboratores poſſeſſionis dare poſſint ad laborerium ſine conſenſu dñi

pœna prædicta: & nihilominus dictus laborator teneatur de parte fructuũ reſpõdere: ut inter eos conuentum extitit. Conducens uero a dicto laboratore ſine cõſenſu domini: condẽnetur in centum ſol. ꝶ. & credatur ſacramento domini de dãno ipſius.

Quod laboratores teneantur dominos requirere: quando fructus uoluerint recoligere. rub. 91.

OMnes qui laborant agros uineas alienas teneantur & debeant requirere dominos: ſeu dñm cuius ager fuerit / ſeu uinea quando uoluerit mettere granum & vuas colligere & piſtare. Et ſi dominus uoluerit ei dare nunciũ ſuũ: laborator ipſe donec bladum metetur / ſuis expenſis debeat retinere: & idem cum battere uoluerit facere teneatur: & qui contrafecerit uiginti ſol. ꝶ. perſoluat uice qualibet.

Quod laboratores teneantur dominos requirere: quando partem uini uendere uoluerint. rub. 92.

LAboratores uineaꝝ tempore uendemiaꝝ & ante: uolentes uendere uinũ exiſtens in uineis: quas laborant / teneantur & debeant requirere dños poſſeſſionũ: quas laborant: ſi dominus / ſiue domini dictũ uinũ emere uoluerint. Et ſi domini dixerint dictum uinum emere uelle teneantur dicti laboratores dñs dare dictum uinũ pro eo precio: quo fuerint concordes. Et ſi cõcordari nõ poterunt. Teneant̃ dicti laboratores dictis dñis dare dictũ uinũ pro eo qđ uendit̃: tunc tẽporis dicta cõtrata in qua erat dicta uinea ſecundum qualitatem dicti uini & uenditio aliter facta dicti uini nõ ualeat: & uenditor condẽnetur in quadraginta ſol. ꝶ. pro qualibet uice.

Quod laborator teneat̃ laborare laboreriũ anteq̃ ſuũ laboret. rub. 93.

QVicunqꝫ laborator habuerit aliquid ad laborandum teneat̃ deinceps ipſum laborerium anteq̃ ſuũ propriũ laborare & fructus ex eo recolligere tempore recollecture / niſi ſtaret uerbo & licentia domini locatoris ipſius laborerii: & qui contra fecerit ſoluat nomine banni centum ſoldos rauẽn. de quo banno medietas ſit cõmunis & alia locatoris / & rem domini laboret.

Quod truncatores & corbulatores non debeant de ſero portare vuas: quãdo diſcedunt a laboreriis uinearum. rub. 94.

TRuncatores uuaꝝ & curbulatores nõ debeãt cum diſcedunt a laboreriis uineaꝝ apportare vuas ullo modo: & dñs qui eos cõducit eis dare nec permittere ꝙ apportent ultra tres grappos: & qui cõtrafecerit tam dñs q̃ corbulator / ſiue truncator ſoluat cõi noie bãni quinqꝫ ſol. ꝶ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni & ſtetur ſacr̃o accuſatoris & teneatur in credẽtia. Et cuſtodes portaꝝ teneant̃ ſacr̃o ſimiliter rimari & ſcrutari laboratores / corbulatores / ſeu trũcatores quolibet ſero / ſine metu pœnæ & vuas eis accipere ultra tres grappos: & ille ſeu illa: qui uel quæ inuentus uel inuenta fuerit culpabilis teneatur ſoluere dictis cuſtodibus ſex denarios. Et Poteſtas & officialis dãnoꝝ datoꝝ teneantur tales inuentos vuas apportare / cogere ad ꝑdictos ſex deñ. ſoluẽdos. Et dictũ ſtatutũ in kalendis Septẽbris & aliis diebus bãniat̃: & idẽ intelligatur in comitatinis / ꝙ aliqua ratione aliquis nõ poſſit de ſero vuas portare.

De modo & forma renunciationis fiende per laboratores. rub. 95.

QVicunqꝫ laborator alicuius uineæ & terræ alicuius: ſi ipſas uineas & terras ſequẽti anno laborare noluerit: ſed potius renuere ꝙ teneatur ipſam dño rerum renuere de menſe Maii: uel ante. Et ſi præfatus laborator pecuniam: granum / uinum

uel aliquid

uel aliquid aliud mutuo/uel cōmodo habuerit a domino poſſeſſionis itegraliter teneaꝫ & debeat dicto tépore renunciationis fiende dño poſſeſſionis reſtituere. Alias ipſa renunciatio ſit ipſo iure nulla & perinde habeatur: ac ſi modo aliquo facta nō eſſet. Dominus uero poſſeſſionis teneatur laboratori dicere facta recollectione fructuū uſq; ad menſem: ſi eam uult cōductori dimittere uel nō: alias intelligaꝫ eam relocaſſe. Conducentes uero domū uel domos ad naulū debeāt eas renunciare dño per menſem ante finem cōductionis: alias intelligatur eam uel eas reconduxiſſe ad tempus ad quod prius habebat: & dñs domus teneaꝫ dicere cōductori per vnū mēſem ante: ſi eā uel eas uult cōductori dimittere uel nō alias itelligaꝫ ipſam domū uel domos: ut ſupra tacite relocaſſe.

Quod laboratores habitantes in poſſeſſionibus dominorum ſint exempti ab omnibus oneribus perſonalibus. rub. 96.

LAboratores omnes ciuium & aliorꝝ diſtrictualiū & comitatinorꝝ ciuitatis Piſauri habitauerint in & ſuper poſſeſſionibus dñorꝝ: quorum poſſeſſiones laborauerint. Si domus in quibus hitauerint fuerint in dictis poſſeſſionibus & laborauerint quinq; tornaturas uineæ/uel quindecim tornaturas terræ: & cōtinuo hoc eſt per totum tēpus anni habitauerint ſint exēpti ab oibus oneribus perſonalibus ſiue in iſtis. Et hoc ſi dictus laborator habuerit extimū duodecim librarꝝ cū dimidia: uel abinde infra. Si uero abinde ſupra: nullatenus ſit exēptus: ſed ad oēs factiones teneanꝫ. Si dānū tamen datum eſſet in curia / ubi talis laborator moraretur & malefactor reperiri non poſſet teneatur ad contribuendum emendationi dicti damni cum hominibus dicte curie iuxta formam ſtatutorum de materia loquentium.

De officialibus deputatis ſuper uiis publicis cōis. rub. 97.

CVm publicis uſibus cōtinuiſue neceſſariis uie publice collate exiſtant ſæpius a uicinis & circūcolentibus corrūpunꝫ/occupanꝫ & ſuper aprehendunꝫ in perniciem & dānū cōmunis. Cōuenit igitur publica utilitate officialiū uiarꝝ officiū cōſtituere: per quod/ quæ oium uſu & utilitate poſita ſunt rite manuteneanꝫ & cōſeruentur: ut oibus tute earꝝ pateat uſus. Hoc igitur cōſultiſſima lege ſtatutū & ordinatum eſt ꝙ officiales eliganꝫ ſuper uiis publicis cōmunis occupatis & occupandis & ſuper uiis terminandis: qui eorꝝ ſacro teneantur inſpicere & uidere diligēter: ne aliquid de uiis publicis uel uicinalibus: ſeu etiā de aliis locis publicis occupentur uel ſupraprehendantur in ciuitate uel curte Piſauri: & quod inuenerint de occupato: uel ſuper aprehenſo Poteſtati denunciari infra octo dies poſtq̃ ſciuerint: & ſi aliquid inuenerint occupatum/ uel ſuper aprehenſum eſſe uel fuiſſe aliquo tp̄e ſoluat ille: qui occupauit uel ſuper aprehendidit ſol.xl.ꝝ. & ſaper aprehenſum reſtituat & in priſtinū ſtatū reducat/ ſuis expēſis infra decē dies poſt p̄ceptū ſibi a Rectoribus/uel Poteſtate factū. Si uero poſſeſſor nō ſuper aprehenderit/uel occupauerit teneatur ſuper aprehēſum tm̄: uel occupatū reſtituere: & ille a quo cauſam habuerit teneatur ſūmarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii & porrectione libelli reſtituere dāna & intereſſe poſſeſſori: qui occupatū ſeu ſuper aprehenſum reſtituet. Itē teneanꝫ dicti officiales deſignare & terminare oibus uolētibus hedificare iuxta uias publicas per ciuitatē Piſauri: uel eius burgia nō accipiēdo aliquid a ſpecialibus perſonis: ſed habere debeant a commune Piſauri decem ſoldos pro uno quoq; ipſorum pro eorum ſalario in ſex menſibus: & cuilibet cōpetat accuſatio de prædictis habeat medietatem banni.

De laborando ad uias diebus ueneris Aprilis & Maii. rub. 98.

QVolibet anno de mẽſe Martii per Poteſtatem pro tẽpore exiſtentẽ eligantur duo boni officiales: unus quoq; ſit de notariis pro quolibet quarterio: qui ſuperſint & intereſſe debeant ad reaptandũ & reaptari faciendum uias publicas uiis ciuitatis Piſauri ſecundũ q eis pro meliori uidebitur: ad quod aptamen fieri faciendum teneant̃ & debeant accedere oẽs de ciuitate & burgis habentes ſomerios: cũ ſomeriis nõ habẽtes ſomerios cũ pſonis ſingulis diebus ueneris Aprilis & Maii dicti anni. Et a pdicto laborerio nullus imunitatẽ habeat: ſed ad ipſum ire teneantur oẽs pœna & bãno quinq; ſol. ꝶ. pro qualibet die exigenda a quolibet contrafaciẽte & cõmuni applicanda: & habeat quilibet eoꝝ officialiũ pro ſuo ſalario decem ſol. ꝶ. Et idẽ fiat & obſeruetur in curtibus caſtrorum & uillarum ciuitatis Piſauri per homines ipſaꝝ.

Quod uie publice & uicinales ſupra aprehenſe aperiant̃. rub. 99.

OMnes uie publice uel uicinales: quæ ſunt clauſe uel ſuper aprehenſe ab aliquo uel aliquibus uel in futurũ ſuper aprehendentur aperiant̃ & reſtituant̃ libere: ut illis ſeruire cõſuete ſunt/ſiue cõmuni/ſiue ſpeciali/uel ſpecialibus pſonis per ipſas cũ eoꝝ neceſſariis ire & redire poſſint libere. Et Poteſtas ad petitionẽ cuiuſlibet teneatur aperiri facere tales uias abſq; libelli porrectione & ſtrepitu iudiciorum receptis tãtum probationibus a petente aperiri uiam: q illa olim fuit uia ſiue publica ſiue uicinalis.

Quod uie publice ſint ample octo pedibus. rub. 100.

VIe publice: ubi ſunt minus octo pedibus ample: uſq; ad octo pedes amplientur: & ubi ſunt maioris amplitudinis: hoc ſtatuto nõ anguſtent̃. Et oſtenſa uia minus octo pedibus ampla officialibus: qui fuerint ſuper uiis cõmunis deputatis. Ipſi officiales eam uſq; ad latitudinem octo pedum debeant terminare & ampliare: ut eis cõmodius uidebitur expedire & q ipſa per officiales ipſos terminata homines de cõtrata: qui magis illa utuntur: & alii etiã uolentes ipſam aptare & remolire omne: id quod impedimentũ ipſi uie præſtare poſſet tranſeuntibus: per eandẽ poſſint ſine metu pœnæ libere facere: uſq; ad terminos: qui miſſi fuerint per officiales: ut eis melius & utilius pro uia uidebitur conueniri. Et ipſi officiales/ pro aptandis uiis nõ audeant ſappare/ uel ſappari facere grippum alicuius poſſidentis iuxta uias: dũmodo aliter uiam facere poſſint latitudinis octo pedum: & qui cõtrafecerit/ tam officialis: qui aſſignauerit q̃ etiã qui ſappauerit in. xx. ſol. ꝶ. cõdẽnentur: & hoc ſeruetur in uiis publicis.

Quod nihil in uiis publicis apponatur. rub. 101.

IN uiis publicis infra ciuitatem uel burgia/ uel circa dictas uias in terram uel ſupra terram apenſum/ uel nõ apenſum nihil habeatur: nec liceat tenere diſcos: & maxime pelles crudas/ nec madrare/ nec tingere pelles: uel q iter uel uſum alicuius impediat. Excipiuntur inde calces/ lapides/ lignamen pro domo hedificanda: uel rehedificanda iuxta uias prædictas: & q a tempore poſitionis lapidum uel calcis/ lapides deinde ad annum unũ: calcẽ deinde ad ſex menſes tenere poſſint & nõ plus: & qui cõtrafecerit ſoluat nomine banni uiginti ſol. ꝶ. pro qualibet uice: cuius medietas ſit cõmunis & alia ſit accuſantis uel denunciantis & cuilibet competat accuſatio & denunciatio & teneatur in credentia: & ad petitionem cuiuſlibet: Notarius maleficiorum uinculo ſacramenti

menti incontinenti cũ ei dictum uel officialis ſuper uiis fuerit ire debeat ad inquirendum de prædis: & appoſitum amoueat: & ꝙ nullus apponat uel apponi faciat letamen in uiis publicis uel aliis locis ciuitatis uel burgorum. Et ſi appoſuerit uel apponi fecerit teneatur ipſum tollere eadem die. Et nullus apponi faciat iuxta portas uel extra a latere porte curine a riuaglino citra a porta porte fineſtre a ponticello: ſupra quo eſt figura ſanctę Marie citra. Et a porta porte pontis a banco porte petre citra. Extra uero portas marinas nõ poſſit poni: niſi in rebus propriis cuiuſlibet ſub pœna uiginti ſoldorum rauẽſ. & impune quilibet poſſit auferre.

De uia concedenda nõ habenti uiam. rub. 102.

QVicũq; nõ habuerit uiã/per quã ire poſſit ad ſuã poſſeſſionẽ: ille qui habuerit poſſeſſionẽ iuxta poſſeſſionẽ non habentis uiã teneaẽ illi dare uiã & uendere: & per ſuã poſſeſſionẽ adminus dãnum quod eſſe poterit. Et ſi plures fuerint habentes poſſeſſionẽ iuxta poſſeſſionẽ nõ habẽtes uiã: ꝙ unus eoꝝ adminus dãnũ: qđ eſſe poterit uſus eoꝝ uiã uendat nõ habenti uiã: ſupra quo procedaẽ hoc modo: uidelicet: ꝙ duo boni hoies eligaẽ per Poteſtatẽ uel eius Vicariũ neutre parti ſuſpecti: qui facto ab eis pſtito uidere debeãt locũ: per quẽ uia uendi debeat & pciũ per ipſos extimari. Et qđ per ipſum factũ fuerit plenã hẽat firmitatẽ & locũ hẽat in pdiis urbanis & ruſticis. Et ſi uia ſit infra poſſeſſionẽ alicuius: infra cuius poſſeſſionẽ uia eſt ex quocũq; latere ſue poſſeſſionis & uoluerit poſſit ei dare dictã uiã: & ſiſr poſſit ei dare uiã ex uno latere: ſi plures ſunt: qui per eam ire debeant infra poſſeſſionẽ alicuius. Et hoc ſtatutũ uendicet ſibi locũ in uiis priuatoꝝ & nõ in uicinalibus ſeu publicis.

Quod nullus utatur uia priuata per poſſeſſionem alicuius: ſi aliam uiam habuerit. rub. 103.

ORdinatum eſt/ꝙ quicunq; habuerit aliquã uiã/dũmodo nõ ſit cõmunis/uel uicinalis: uel de cõmuni terreno cõſtituta/ & habuerit aliã uiã per quã poſſit ire & redire ad poſſeſſionẽ ſuã/per uiã ipſam quã habet nõ uadat uel eat: & ipſa amplius nõ utatur: & ſi ille per cuius poſſeſſionẽ ſiue poſſeſſiones uia uadit probare poterit illũ habere aliã uiã/per quã poſſit ire & redire ad ſuã poſſeſſionẽ: ſilẽtiũ per Poteſtatẽ uel Rectorẽ cõmunis Piſauri: ipſi uolenti uti prædicta uia iponaẽ/ꝙ amplius nõ utatur. & ille qui infra cuius poſſeſſionẽ uia eſt claudere poſſit ſine metu pœnæ: ſatiſfacto de cõpetenti precio: cui ius eundi competebat taxando per duos amicos cõmunes.

Qđ in capite cuiuſlibet uie ſeruiẽtis ſex hoibus poſſit fieri porta. ru. 104.

SI quæ ſint uie uicinales/ſeu priuate/ſiue infra ciuitatem/uel extra: quę ſeruiant ſex hominibus tantum uel infra: liceat unicuiq; uicinorũ portam facere in capite talis uie: & eam factam tenere: & idem intelligatur: ſi ſunt plures ſex: & ꝙ porte fieri & teneri debeant cõmunibus ſumptibus uicinoꝝ dando cæteris exemplum clauis: & uicini nõ poſſint ipſum impedire: quo minus facientem portam poſſint uiam clauſam tenere: & qui contrafecerit ſoluat pro banno quadraginta ſoldos rauẽſ. & ꝙ ipſi uicini teneantur & debeant facere portam in capite uie: & quilibet eorum poſſit habere clauim pro ipſa porta aperienda & claudenda/ & ꝙ aliquis nõ faciat in dicta uia aliquã iniuriam uel brutturam pœna & banno uiginti ſoldorum rauẽſ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni.

Quod quilibet aptet uiam ante domum ſuam. rub. 105.

QVicunq; habeat domũ iuxta uiã: teneat ſic aptare dictã uiã ante ſuã domũ ꝗ aqua pluuialis uadat ad ſtratas publicas: quæ uadunt ad portas: & hoc obſeruari faciat extraordinarius poteſtatis: qui pro tẽpore fuerit: ſub pœna & bãno cuilibet contrafacienti & nõ obedienti dicto officiali decem ſoldis rauẽn. pro qualibet uice: cuius medietas ſit extraordinarii.

De uia nõ cõcedenda aliis: ſi aliã habuerit. rub. 106.

SI quis per poſſeſſionẽ alicuius uiã poſtulauerit ſibi dari & ille per cuius poſſeſſionem petitur uia poterit probare/ ꝙ ille qui talẽ uiã petit eundi ad ſuã poſſeſſionẽ habeat uel habuerit aliunde: ſed eam uel cõſors eius uendidit: uel ab aliquo oſtenderit occupatã nõ cõpellatur inuitus dare uiã per ſuã poſſeſſionẽ: ſed poſſit auctoritate propria claudere locum per quã uia peteretur ab habente aliã uiã/ uel ab aliquo: quĩ uiam habuerit aliunde quã uendidit uel alienauerit cõſors eius: & hoc debeat obſeruari.

Q đ quilibet aptet uiã ante domũ ſuã de glera ubi nõ eſt ſiligata. ru. 107.

QVilibet Piſaurenſis ante domũ ſuã: ubi uia nõ eſt ſiligata debeat aptare uiam cũ glera & ſabione & planã tenere ſine appoſitione lapidũ uel terre. Et ꝙ hoc quilibet capitaneus calzoli teneat facere fieri hominibus ſui calzoli. Et qui cõtrafecerit ſoluat nomine bãni quinq; ſol. ꝶ. Et quicunq; uoluerit ſiligare ante domũ ſuã per cõmune Piſauri dari debeant lapides ad ſiligandum.

Quod quilibet poſſit eſſe capitaneus ad faciẽdũ aptari uias. rub. 108.

QVicunq; de ciuitate Piſauri uoluerit ſe intromittere ad faciendũ fieri: aptamẽ alicuius uie poſite in curte ciuitatis ꝑdicte oẽs homines: qui ea utuntur eundo ad eoꝝ poſſeſſiones teneãt obedire illi: qui ſe intromiſerit in aptamine illius uie. Qui ſi facere recuſauerint teneant Rectores ipſos cogere ad ipſum laboreriũ faciendũ ad petitionẽ talis ſe intromittẽtis: & pœnæ impoſite per eũdẽ exigant per officiales cõis cõuertẽdo in aptamine dicte uie: dũmodo pœna nõ excedat pro uice ꝗlibet. v. ſol. ꝶ.

Quod nemo audeat affoſſatare iuxta uias: niſi prius fuerit terminatus. rub. 109.

NOn poſſit aliquis iuxta uiam publicam uel uicinalem de nouo foſſatum conſtruere uel affoſſatare: niſi prius fuerit terminata uia prædicta per officiales cõmunis Piſauri. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno uiginti ſoldos rauẽn. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni: & nihilominus: quod iniuſte occupauit in priſtinum ſtatum reducat.

De uiis uicinalibus debẽtibus eſſe ample ſex pedibus. rub. 110.

OMnes uie uicinales ſint & eſſe debeant ample ſex pedibus ad pedem unius hominis cõmunis: nõ tamen ꝙ propter præſens ſtatutum ampliores poſſint/ nec debeant anguſtari. Et prædicta Poteſtas ſeu Iudices ipſius facere debeant obſeruari ad petitionem cuiuſlibet coram ipſis conquerentibus.

De uia quæ uadit poſt beccariã porte rauẽnatis. rub. 111.

VIa quæ uadit poſt beccariam porte Rauennatis debeat eſſe & ſtare deinceps aperta libere: ut per eam iri poſſit ad palude & ubicunq; clauſa eſt: ꝙ incontinenti debeat aperiri.

De duobus

De duobus hominibus eligendis ſuper facto uiaꝝ. rub. 112.

IN qualibet Villa & caſtro ciuitatis Piſauri & in quolibet quarterio dicte ciuitatis duo boni homines pro qualibet uilla & caſtro & pro quolibet quarterio de menſe Ianuarii per cōſilium generale eligantur qui corporaliter iurare teneanť per totū annum ſemper adeſſe: quando quæſtio eſſet de occupatione & ſupraprehenſione alicuius uie diligenter inquirere: ſi uia cōſueuit eſſe per locū: unde petitur: & inquiſitione facta inuenerint uiā fuiſſe ſolitā inde ire: ipſam ſicut eis uidebiť per longitudinē & latitudinem debeāt determinare: & ipſa terminata: quā fecerint ſemper debeat ꝑmanere: & ſi uia iuerit infra poſſeſſionē alicuius: terminatores ꝑdicti: ſi de ipſa uia cōtenderetur terminatio ab altera partiū peteretur dicti duo electi teneantur terminare ab una parte poſſeſſionis illius infra quā iret uia adminus dānū: quod poterint illius: cuius poſſeſſio fuerit. Et Poteſtas ꝑdicta faciat obſeruari ad petitionē cuiuſlibet ſine ſtrepitu & figura iudicii & porrectione libelli. Et idem obſeruetur in uiis publicis & uicinalibus: & dicti officiales in ciuitate electi habere debeant uiginti ſoldos quolibet anno: officiales uero in comitatu habeant dictum ſalarium in caſtris & uillis.

De brutturis in uiis publicis nō ꝓhiciēdis & de letamine per plateā nō portādo & de uiis ſpazzādis & officialibus ſup hoc deputatis. rub. 113.

NVllus mundiciā/ brutturā/ fecem/ letamen/ cineratā/ aquā fetidā/ animalia mortua: nec animalia cuiuſlibet generis faciat/ uel prohiciat in uiis publicis/ uel uicinalibus: triuiis/ uel andronibus totius ciuitatis/ uel burgorum. Et qui cōtrafecerit ſoluat noie banni uiginti. ſoľ. ꝝ. pro quolibet & qualibet uice: & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni: & eius nomen teneať in credentia: & ſtetur eius ſacro. Balnea uero infirmoꝝ nō prohicianť in uiis publicis & uicinalibus ſeu triuiis ciuitatis Piſauri. Et qui contrafecerit ſoluat noie bāni & pœnæ pro qualibet uice uiginti ſoľ. ꝝ. & cuilibet cōpetat accuſatio / ſine remedio pacis & ſemper poſſit accuſari & medietas ſit accuſatoris. Et ſi aliquis paruus uel magnus de alicuius familia aliquid fecerit de ꝑdictis dñs familiæ ad ꝑdictā pœnā ſoluendā teneatur. Excipientes tñ hoies mittentes letamen in eoꝝ orthis poſitis iuxta muros ciuitatis uel burgorum: qđ letamen poſſint mittere ſine pœna: & ꝙ nullus carriget ſeu deferat letamē in ſomeriis & carrettis per plateā magnā cōmunis pœna & bāno quinqꝫ ſoľ. ꝝ. & cuilibet cōpetat accuſatio & habeat medietatē bāni & credať ſacramēto accuſatoris. Excepto letamine: qđ de platea & circunſtantiis plateę portabiť & ꝙ oēs teneanť ſpazzare uiā omni ſabbato ante domum quā inhabitāt pœna duoꝝ ſoľ. ꝝ. pro qualibet uice. Super quibus oibus ꝑdictis eligatur unus officialis in cōſilio generali ad breuia tēpore: quo alii officiales eliguntur qui ſupereſſe debeat & diligēter attendere de ꝑdictis: cuius officiū duret ſex menſibus & non ultra: & habeat quolibet menſe pro ſuo ſalario decē ſoldos rauēñ. Saluo ſemper ſtatuto de letamine poſito ſupra capitulo. Cui ſub rubrica ꝙ in uiis publicis nihil apponatur. Teneatur etiā miles Poteſtatis: qui pro tempore fuerit diligenter ſcrutari perquirere & rimari de contrafacientibus in prædictis & culpabiles: ſiue delinquentes punire/ omni ſolēnitate iuris prætermiſſa.

Quod ſiligate reaptenť per illos ante quoꝝ domos deuaſtabūť. rub. 114.

SIligata ciuitatis uel burgoꝝ Piſauri: ſi deuaſtarentur in aliquo loco: ꝙ ille ante cuius domū deuaſtaretur ipſam ſiligatā ſuis ſumptibus reficere & reaptare teneatur:

& cõmune debeat dare quadrellos pro ipſa reaptanda: & Poteſtas quolibet menſe per ſuos officiales rimari faciat per ciuitaтẽ ſi dicta ſiligata deuaſtata eſſent prædicto modo faciat reaptari. Et qui nõ fecerit & nõ reaptauerit ipſam infra tertiam diem: poſtꝗ ei denunciatum fuerit ſoluat pro banno centum ſoldos raueñ.

De nõ purgando plateas cõmunis/ neq; alias ſtratas per aliquos nec per maſſarium cõmunis eſtiuo tẽpore: niſi poſt primũ ſonũ cãpane. rub. 115.

NVllus die ſabbati debeat ſpazzare/ uel mundare uias ante domũ ſuã: uel alibi niſi poſt primũ ſonũ cãpane: & hoc debeat obſeruari eſtiuo tẽpore: ſcilicet a feſto Paſce uſq; ad feſtum omnium ſanctoꝝ. Et idem intelligatur in maſſariis cõmunis. Et qui contrafecerit ſoluat uice qualibet duos ſoldos ꝝ.

Quod unicuiq; liceat intrare & ſcarcare andrones. rub. 116.

LIceat unicuiq; Piſaurenſi habẽti domũ in qua ſit androna cõis poſſit dictã andronã itroire libere/ ac ẽt aperire purgare & mũdare: nõ obſtãte aliqua ſerratura facta in ea. Et qcũq; uoluerit reſiſtere hoc facere/ q̄libet uice cõi pro bãno ſoluat cẽtũ ſol. ꝝ.

Quod quilibet poſſit claudere andronas. rub. 117.

OMnes & ſinguli habẽtes andronas iuxta ſtratas/ ſeu iuxta aliquẽ ſuũ cõuicinũ illas a capite: dũmodo aqua libere labatur claudere poſſit alias huiuſmodi clauſio cõuicino cõpetat hoc ualenti auctoritate p̄ſentis ſtatuti & faciendi libera ſit facultas. Si quis autẽ clauſionẽ p̄fatã deuaſtauerit ſeu aperuerit ſoluat cõi pro bãno. xl. ſol. ꝝ. niſi ipſam aperiret cauſa purgandi & ſtatim ipſa die uel ſecunda clauſerit.

De aquariis nõ faciendis in andronibus cõmunibus. rub. 118.

IN androna cõmuni nemo audeat uel p̄ſũmat habere uel tenere aquariũ / uel in muro cõmuni/ uel aliquã bruturã in ea prohicere uel facere cõtradicẽte cõſorte: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni pro qualibet uice quadraginta ſol. ꝝ. & credatur ſacramẽto accuſatoris: & proiectũ & factũ aquariũ ſuis expẽſis auferat ꝓteſtatione facta a cõſorte. Et hoc habeat locũ in p̄ſentibus pẽdentibus & futuris nulla p̄ſcriptione obſtãte.

De officialibus eligendis ad reducendũ aquã per locũ ſolitũ. rub. 119.

ADhoc ut Piſaurenſes poſſint euitare dãna: quæ eis eueniunt in poſſeſſionibus eoꝝ propter aquas pluuiales/ ꝗ Poteſtas & eius familia ad petitionẽ cuiuſlibet habentibus facere in cõtrata in qua diceretˀ dãnũ dari ab aquis eligat duos bonos uiros: qui poſſideãt in cõtrata p̄dicta: qui ſacro teneantˀ dicere per quas partes uel locũ talis aqua cõſueuit reduci uel deuiari pro utilitate oium cõtrate p̄dicte. Et ſecundũ qđ p̄dicti dixerint unuſquiſq; aquã recipere teneatˀ. Et p̄dicta Poteſtas obſeruari facere teneatur ad petitionẽ cuiuſlibet cõquerentis. Et qui cõtrafecerit uice qualibet cõdẽnetˀ in centũ ſoldos raueñ. Et nihilominus ad omnium prædictorum obſeruantiam teneatur: & habeat locum in præteritis præſentibus & futuris.

De eo qui cõſueuerit recipere aquã per poſſeſſionẽ alicuius. rub. 120.

SI poſſeſſio alicuius debeat recipere aquã: quæ ſolita eſſet fluere per poſſeſſionem ipſam. Ille per cuius poſſeſſionem talis aqua ſolita eſſet fluere poſſit impune reducere & mittere ipſam aquam ex uno latere: ſiue ex quacunq; parte dicte poſſeſſionis cũ minore leſione & dãno/ quod eſſe poterit dicte poſſeſſioni: aliquo ſtatuto iure nõ obſtantibus/ quotcũcunq; uerborum conceptionibus loquentibus: dummodo curſus aquæ non impediatur & uicinis non noceat.

De foſſatis

De foſſatis & uiis ſcarcandis. rub. 121.

OMnes poſſidentes iuxta ſtratas & uias publicas ſiue riuos teneantur & debeāt affoſſatare: ſi foſſatum fuerit neceſſariū/ſeu utile ad reparationē uie: & foſſata & riuos ſcarcare inquantū eoꝝ poſſeſſiones protendunt: ita ꝙ aqua libere labat̃ & terram/e/foſſatis prohicere in ſuā poſſeſſionē: niſi aliud diſponatur per officiales cōmunis pœna & banno uiginti ſol.ꝟ. Et Poteſtas & eius Iudices teneant̃ inquirere bis in anno ad petitionē cuiuſlibet: ſi pſens ſtatutū fuerit/uel nō fuerit obſeruatū: & ſi obſeruatū nō fuerit: pcipiat obſeruari ſub pœna pdicta exigenda a cōtrafaciēte. Teneatur etiā & debeat officialis uiaꝝ diligenter inquirere de contentis in pſenti ſtatuto & operari: ut exequtioni mandentur: & ad eius officium/ uel eius iuriſdictionē prædicta in præſenti ſtatuto contenta pertineant & ſpectent: nō tamen per hoc intelligatur derogatum in prædictis iuriſdictioni Poteſtatis & eius Vicarii.

Quod omnes habētes poſſeſſiones per planū affoſſatent. rub. 122.

QVicunq; habuerint aliquam poſſeſſionē per aliquē planum uel alibi poſſit facere foſſatū in ſua poſſeſſione uel circa cā extrahendi aquā de dictis poſſeſſionibus reducendo aquā in priſtinū locum: unde ſolita eſt ire currere & fluere. Et ille qui habuerit terrā in inferiori parte teneatur facere foſſatū & dare uiā aque ut congruentius & cum minori leſione inferioris fieri poterit nō obſtante ſi aliquis locus publicus fuerit in medio ipſoꝝ certo termino a Rectore ſtatuēdo adeo/ꝙ bene aqua poſſit inde fluere & currere optime/ſine libelli porrectione & ſcriptura. Et ſi cōtētio eſſet inter ſuperiorē & inferiorē: ꝙ Rector uinculo ſacramenti teneatur mittere unum de officialibus cōmunis: qui oculis inſpicere debeat loca prædicta & quod per ipſum dictum fuerit illud debeat obſeruari pœna centum ſoldorum ꝟ.

De foſſato faciendo a riuo caroſi. rub. 123.

OMnes habentes poſſeſſiones in loco riui de caroſi iuxta prædictum riuum teneantur facere & ſcarcare foſſatum per locum unde aqua diſcurrere cōſueuit ita ꝙ aqua prædicta riui libere fluat uſq; ad foleam.

De foſſatis cōmunibus ſcarcandis. rub. 124.

POſſidentes foſſata cōmuniāt teneant̃ illa foſſata tenere ſcarcata ac ſpazata & ſgōbrata lignis & obſtaculis. Ita ꝙ p ea aqua pueniēs labere/& fluere poſſit. Et Ptās & Iudex uel vicarius mādare teneant̃ ſub certo bāno cuilibet nolenti pdicta facere ad petitionē ꝯſortis ſui/ꝙ pdicta faciat & obſeruet & oīo cogat quēlibet ad pdicta faciēdā.

Quod habentes poſſeſſiones iuxta foſſata caſtroꝝ uendere teneantur de eorum terreno pro ampliandis dictis foſſatis. rub. 125.

PRo foſſorum & retro foſſoꝝ amplitudine uel utilitate ciuitatis uel cuiuſlibet caſtri comitatus Piſauri poſſint homines ciuitatis & caſtroꝝ accipere de terrenis & poſſeſſionibus iuxta dictos foſſos poſitis: dūmodo terrenū / ſiue poſſeſſiones prædicte extimentur per duos amicos eligendos: ſcilicet per illum uel illos: cuius uel quoꝝ terre num uel poſſeſſiones fuerint & aliū per cōmune & hoīes caſtri: ubi neceſſe fuerit foſſatum reaptare. Et quicquid extimatū fuerit per duos amicos id ſatiſfacere & ſoluere cōpellatur & anteq̄ accipiatur ei uel eis poſſeſſio uel pars ipſius ſoluatur illi uel eis: quorum terrenū uel poſſeſſiones fuerint: & quilibet poſſit oēs arbores in ripis ipſoꝝ foſſatoꝝ ciuitatis uel caſtroꝝ quæ poſſent ipſi ciuitati & caſtris detrimentū gnare incidere

De pœna iplẽtis foſſata alicuius iuxta uias & ſtratas publicas poſita. ru. 126

QVicunq; ipleuerit in totú uel in parte foſſatú alicuius cũ ſappa/uãga/uel alio artificio/uel pſonalr trãſeundo ſine licẽtia dñi ipſius foſſati: cõdẽnet̃ cõi in.xl. ſol. ꝶ. pro qualibet uice: cuius medietas ſit cõis & alia medietas dñi foſſati. Et ſimili pœna puniat̃ quicunq; ſplanauerit partẽ aliquã alicuius grippi/cauſa tranſeundi deſup uel aliquid cõducendi uel exportãdi ſuper dicta explanatione: nõ tñ derogãdo per pdicta: capitulo de grippis nõ ſappandis. Et ſi ſupraſcripta foſſata alicuius repleta & deuaſtata fuerint per trãſitú aialiú alicuius trãſeuntiú ſupradicta foſſata uel in eis intrãtium contra domini foſſati uoluntatẽ puniat̃ dñs aialiú pdictoꝝ in ſoldis quinq; uice qualibet & ad emendã dãni illati omnino domino foſſati effectualiter cõpellatur.

Ne pontes deſtruantur. rub. 127.

OMnes Rectores: qui pro tẽpore fuerint in ciuitate Piſauri teneant̃ curare/ne pons foleç nec alii põtes lapidei: qui ſunt uel erunt in curia uel diſtrictu Piſauri deſtruant̃ uel deuaſtent̃/& eos facere reaptari qñcunq; opus fuerit & neceſſe: & oẽs alios põtes: qui ſunt de lignamine ſiue petra teneant̃ facere reaptari: qñ opus fuerit p hoĩes uillaꝝ & caſtroꝝ eoꝝ expẽſis: in quoꝝ caſtroꝝ uel uillaꝝ curtibus ſunt: & p alios qui habẽt trãſitú cõſuetú ut iudicatú fuerit per Rectores: qui pro tẽpore fuerint.

De petra & calcina danda uolentibus facere pontes. rub. 128.

QVicunq; uoluerit facere aliquẽ pontẽ in uiis publicis per totam curiã ciuitatis Piſauri: Poteſtas faciat ei dare a cõmune Piſauri petrã & calcem pro ipſo põte faciendo. Et hoc obſeruetur ſine remedio conſilii uel arenghi.

De pontibus aptandis & ordinandis per uniuerſitates caſtrorum & uillarú & eorum capitaneis. rub. 129.

QVælibet uniuerſitas uille uel caſtri comitatus Piſauri ante introitum cuiuſlibet hyemis ſuis expenſis põticellos lignaminis ubicũq; per ſuã curiã expedierit debeat taliter ordinare/ꝙ oẽs & ſinguli per ipſos cú aialibus & quibuſlibet rebus libere ualeãt ire & redire: & quotiẽſcunq; ipſi pontes diminutionẽ uel defectú in aliquo patient̃ ipſos reaptare & reaptatos tenere debeãt in modú ſuperius enarratú: & quilibet capitaneus uille uel caſtri pontes in ſua curia oportunos toto tpe ſue capitanãtie aptatos teneri facere & paratos ad trãſitú cõgruú faciẽdú cú curtibus & animalibus dicto modo: & quotieſcunq; contrafecerit uniuerſitas uille uel caſtri in quadraginta ſoldos ꝶ. & capitaneus in uiginti ſol. ꝶ. ſi negligentes fuerint debeant condẽnari: & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatem banni.

De uno ponte faciendo & manutenendo in arzilla. rub. 130.

HOmines caſtri Montiſbarocii teneantur & debeãt in flumine arzille in fundo cauulis unú pontẽ de lapidibus & calce facere: uel quẽ pontẽ faciẽdú cogunt̃ prædicti per Poteſtatẽ Piſauri infra terminum ſibi ſtatuendum & dictum pontem factum manutenere eorum expenſis.

De ponte faciendo in riuo montis alti & riuo ſanguineti & in aliis locis: de quibus ſtatuta loquuntur. rub. 131.

PEr hoĩes Montis alti fiat unus pons bonus & cõdecens in riuo Montis alti iuxta paſſum Caſtellaris Gualferdutii. Itẽ per hoĩes caſtri Montis ſancte Marie: ſimiliter fiat unus pons bonus in riuo ſanguineti in uia: quæ uadit uerſus Monticellum

quæ

quæ uniuerſitates ipſos põtes ſemp bene aptatos tenere teneanẽ & debeãt: ita ꝙ hoies cum bobus: & aliis animalibus ire libere poſſint & redire: Et hoc ſi nõ fecerint. Quælibet vniuerſitas in centũ ſol. ꝑ. cõi Piſauri cõdẽnetur: & ſi dãnũ aliqd euenerit emendet: & idẽ dicunt obſeruari in uniuerſitatibus Montis lauri Mõtis peloſi & uille uallis/ & caſtri putei in riuo di Scargaglioni/uel alibi in eoꝝ curtibus.ſubicũqꝫ ꝯueniẽs fuerit.

De pontibus fiendis & manutenendis per cõmune Piſauri: caſtra & uillas in eorum curiis. rub. 132.

COmune Piſauri teneaẽ & debeat ſumptibus ipſius cõis facere oẽs põtes neceſſarios in ciuitate & curia dictẽ ciuitatis & põtes factos manutenere. Caſtra uero & uille comitatus teneantur & debeãt facere & factos manutenere pontes neceſſarios in eoꝝ uillis & curiis ſuis propriis ſumptibus & expenſis & maxime in omnibus locis ubi fuerit uiſum expedire officialibus cõmunis: ſiue in curia ciuitatis: ſiue in curia caſtrorum & uillarum eiuſdem ciuitatis pœna centum ſoldorum.

Quod quodlibet caſtrum & uilla: teneantur manutenere fontes in eoꝝ curiis poſitas: eorum ſumptibus & expenſis. rub. 133.

QVodlibet caſtrũ & uilla ſuis ſũptibus facere & reaptare debeãt fõtes ſeruiẽtes di ctis caſtris & uillis pœna centũ ſol. ꝑ. Et ꝙ oẽs fontes exiſtẽtes in curiis ciuitatis caſtroꝝ & uillaꝝ comitatus Piſauri/per hñtes poſſeſſiones in dicta cõtrata: ubi fons fuerit aptari reaptariqꝫ & in aptamine tenere ſi expenſa eſſet modica. Si uero eſſet magna: & tales fontes fuerint in curte piſauri reaptentur expẽſis cõis. Si uero extra curiã dicte ciuitatis: tunc aptentur per caſtra uel uillas in quorum curiis eſſent: & an expenſa ſit magna uel parua ſtetur arbitrio poteſtatis.

Ad quid teneantur hi: qui per eoꝝ poſſeſſiones uadunt cõductus fontiũ: & de pœna dantis dãnum in aliquo conductu aque. rub. 134.

PEr quãcunqꝫ poſſeſſionẽ aliquis aque cõductus fontium uenerit. Ille cuius fuerit poſſeſſio ſiue laborator teneaẽ foſſatũ bene plene tenere. Et ſi cõductus ipſi deſtruetur in aliquo loco per totã ſuã poſſeſſionẽ infra tertiã diẽ teneatur in ſcriptis dare & denunciare poteſtati/poſtꝗ ſciuerit uel ei denunciatũ fuerit: & nullus pſũmat dãnũ dare in cõductu aliquo & aquã extrahere: niſi de fonte. Et qui cõtrafecerit cõdẽneẽ in pſona & rebus arbitrio poteſtatis. Nec ſuper aliquẽ cõductũ ſappet uel ſplanet uel laboret ullo modo: ſed ſaudũ tñ dimittat quãta eſt latitudo dictus cõductus per mediũ pedum ultra a qualibet latere: & quod iuxta dictos conductus ab utraqꝫ parte ipſoꝝ: nulla arbor/uitis/cãna/uel quid aliud ponatur uel alleuari pmittatur ab uno paſſu uer ſus cõductum ſed oino ſuccidatur. Et ſiquis cõtrafecerit ſoluat noie bãni pœnã ſupradictam: & de omnibus contentis in dicto ſtatuto præſenti: poteſtas inquirat & inquirere faciat toto tempore ſui regiminis ſemel in menſe: ne aliquis contrafaciat.

De puteis purgandis & ſiligandis. rub. 135.

OFficialis dãnoꝝ datoꝝ: qui pro tẽpore fuerit teneatur & debeat in principio cuiuſlibet mẽſis Maii: uel ꝗ citius fieri poterit eligi facere per cõſiliũ credẽtie duos hoies pro qualibet cõtrata ubi putei ſunt: qui teneanẽ & debeãt ſemel in principio dicti menſis bene & diligenter purgare ſeu purgari facere puteũ eoꝝ cõtrate & eis ad purgãdum cõmiſſe: & unã uel duas ſalmas glere in fundo cuiuſlibet dictoꝝ puteoꝝ ponere. Quæ purgatio fiat expenſis oĩum illoꝝ: qui aquam de tali puteo trahunt ſeu trahere ſoliti ſunt: uel per alium hauriri ſeu trahi facere. Et ſi tales electi prædicti ad

implere neglexerint ſoluāt cōi.x. ſol.ꝟ. ꝓ quolibet. Et pdicta fiāt ad petitionē cuiuſlibet.

De domibus non deſtruendis. rub. 136.

NVllus: qui haberet domū in ciuitate Piſauri audeat uel pſūmat domū deuaſtare in totū uel in parte ſine expreſſa licentia Vicarii gabellaꝝ ſub pœna ualoris & extimationis domus: quæ deuaſtata ſeu incepta deuaſtari eſſet: quam pœnam de facto dictus Vicarius exigere poſſit.

Q ꝺ nulla domus deputata ad habitādū poſſit deputari ad canipā. ru. 137.

NVlla domus poſita in ciuitate Piſauri: quæ pſentialr habitaꝫ per ꝓprios dños uel cōductores: poſſit uel debeat per aliquē de cætero conuerti uel diſponi ad uſum canipe: uel pro canipa quoquo modo ſub pœna decem lib. ꝟ. pro quolibet contrafaciente & uice qualibet de facto & ſine aliqua remiſſione perſoluenda. Et nihilominus ſtatim ipſa domus reduci debeat & diſponi ad uſum priſtinū habitandi ſub dicta pœna a domino dicte domus totiens exigenda: quotiens deliquerit in pdictis.

De ſyndicatu officialium dānorum datorum & gualdariorum ſeu bariſellorum ciuitatis Piſauri. rub. 138.

QVoniā ius dictat & boni mores ſuadēt: ꝙ unuſquiſqꝫ ꝗ officia adminiſtrauerit quæcūqꝫ ſue uillicationis finito officio rōnē reddat. Ideo ſtatutū eſt ēt ꝙ officialis dānoꝝ datoꝝ cū ſua familia: & gualdarii ſeu bariſelli ciuitatis Piſauri finito eoꝝ & cuiuſqꝫ ipſoꝝ officio de geſtis cōmiſſis/ obmiſſis/ neglectis & adminiſtratis p eos ſub ſyndicatoribus deinceps deputādis/ ſeu eligēdis ad eos ſyndicādos ſtare debeāt ad ſyndicatum: & per dictos ſyndicatores pro tēpore eligendos & deputandos debeant prænominati de iam dictis diligenter & legitime ſyndicari prout & ſicut ſyndicantur cæteri officiales dicte ciuitatis & ſecundum formam ſtatutorum de materia loquentium.

De arbitrio officialis dānorum datoꝝ in puniendo depopulatores fructuū & damnum dantes in eiſdem. rub. 139.

POſtremo uero ad obuiādū inquātū nobis poſſibile eſt dānis: quæ inferunꝫ quotidie in fructibus uineaꝝ & arboꝝ poſſeſſionum ciuitatis & diſtrictus Piſauri; & ut pœna illoꝝ cæteris trāſeat in exēplū: hac iperpetuū ualitura lege ſancimus. Quod ſiquis repertus fuerit dare/ uel dediſſe dānū in uineis vua plenis/ uel in aliis poſſeſſionibus & ortis alienis exportādo/ depopulādo/ corrūpendo & deuaſtādo fructus cuiuſcūqꝫ generis uel maneriei exiſtant in eiſdē & ductus fuerit ſeu alias quōcunqꝫ puenerit in & ad fortiā officialis dānoꝝ datoꝝ. Quod tunc in arbitrio ſit & eſſe debeat dicti officialis inſpecta qualitate facti & cōdictione pſone cū cōſilio & aſſenſu Vicarii gabellarū pro tpe exiſtētis hmōi ſic dānū dantē: ultra pœnā pecuniariā per eū ſoluendā: uel etiā ſi talē pecuniariā pœnā ſoluere nō poſſet: ipſum poni facere ad cathenā/ ſeu ad berlinā in platea publica cōis Piſauri uel alibi exiſtentes & ibidē ipm ſtare & mitrari facere debeat pro eo tempore: quo ſibi officiali cū cōſilio & aſſenſu prædicto uidebitur & placebit. Ita & taliter ꝙ ab omnibus talis ſic ad cathenam: uel ad berlinam poſitus uideri & aſpici ualeat in ſui uerecundiam & infamiam.

Quod officiales dānoꝝ datoꝝ nō poſſint recipere a condēnatis aliquā pecuniā pro cōdēnationibus nec cācellationibus dictaꝝ cōdēnationū niſi prius produxerit pacem dāni paſſi. rub. 140.

PRo obuiando abuſione in ꝑteritū inducta. Satutū & ordinatū eſt ꝙ officiales dānoꝝ datoꝝ nō poſſint nec debeant aliquo modo directe/ ſeu indirecte recipere

& ſeu in

& ſeu in zoccho deponi facere aliquã pecuniaꝝ quãtitatẽ pro condẽnationibus dãnorũ datoꝝ ſeu cãcellationibus dictaꝝ cõdẽnationũ niſi prius per cõdẽnatũ ꝓducta fuerit pax dãni paſſi pœna.xxv.lib.ꝑ.in quolibet caſu & pro q̃libet uice auferẽda dictis officialibus.

De damnis datis perſonaliter. rub. 141.

STatuimus ꝙ nulla ꝑſona cuiuſcũq; cõditionis/& ſtatus exſtat/audeat uel p̃ſũmat dare dãnũ: pſonalr̃ in ꝑdiis poſſeſſionibus/uineis/ortis/cãnetis/uincaretis/frumẽtis/leguminibus/ſyluis/remortis/arboribus/fructibus arboꝝ: & aliis rebus quibuſcũq; in ciuitate & territorio Piſauri exiſtẽtibus: ſub pœna ſtatutoꝝ cõis Piſauri camere dicti cõis applicãda ipſo facto & iure ſine aliqua diminutione & pacis admiſſione pſoluẽda ifra terminũ triũ dieꝝ/ poſtq̃ in fortiã cõis Piſauri deuenerit: nõ obſtãte ſtatuto de capitibus ſoldoꝝ cũ emendatione dãni dãnũ paſſo in duplo extimationis dicti dãni: quã pœnã ſi in dicto termino nõ ſoluerit delinquens & dãnũ nõ emendauerit & dãnũ paſſo ſatiſfecerit ut p̃mittit̃. Ponat̃ & poni debeat ad cathenã ferreã poſitã in muro palatii cõis Piſauri iuxta officiũ dãnoꝝ datoꝝ per dies tres cõtinuos: & plus & minus arbitrio dicti officialis dãnoꝝ datoꝝ/ qualitate facti ac cõditione pſonaꝝ inſpectis. Qui officialis teneat̃ & debeat de ꝑdictis inquirere/ procedere & punire & actualẽ executionẽ facere. Et ſi fuerit negligẽs in ꝑdictis exequẽdis incidat uice qualibet qua cõtrafecerit in pœnã in qua delinquens ueniebat cõdẽnãdus ſeu cõdẽnatus eſſet/applicãdã eo caſu pro medietate dicte camere & ꝑ alia medietate dãnũ paſſo: & nihilominus eius ſucceſſor teneat̃ exequtionẽ facere cõtra condẽnatos ꝑdictos. Et de hoc dictus officialis ſyndicari debeat per eius ſyndicatores ad petitionẽ cuiuſcunq; querelãtis dãnũ paſſi ꝑdicti.

De pignoribus acceptis per officiales dãnorum datorum ob pignorandis ad banchum hebreorum. rub. 142

SAncitũ & ordinatũ eſt q͞d ipoſterũ pignora oia tollẽda ad inſtãtiã offitii dãnoꝝ datoꝝ ciuitatis Piſauri poſtq̃ fuerint cõſignata maſſariis pignorũ caſtroꝝ ſeu uillaꝝ & penes ipſos ſteterint ꝑ decẽ dies: & ſucceſſiue Maſſario cõis Piſauri & penes eũ ſteterint ꝑ alios decẽ dies ſi fuerint pignora caſtroꝝ: ſi aũt uillaꝝ uel ciuitatis ꝑ.xx.dies pignorent̃ ad bãchum hebreoꝝ ſine fraude & dolo & ꝑ officiales deſcribant̃ in libro ad hoc ſpecialr̃ deputato particulariter & diſtincte annotãdo q̃tũ fuerint pignorata ac diẽ & annũ pœna.x.lib.qualibet uice fuerit cõtrafactũ aliq̃ alia lege ſtatuto aut cõſuetudine incõtrariũ diſponẽte nõ obſtãte.

De modo & forma exequendi extimationes accuſationum denunciationũ ac proceſſuum dãnorum datorum extimatas. rub. 143.

ANimaduertentes parũ eſſe formare proceſſus & accuſationes per officiales dãnorum datoꝝ ciuitatis Piſauri. Et extimare damna illata & inferenda in prædiis & poſſeſſionibus dicte ciuitatis niſi de ipſis extimationibus & dãnis extimatis & ipoſterum extimandis debita fieret executio: quæ ut plurimũ negligi ſolet aut retardari culpa & negligentia officialiũ: & ob multitudinẽ accuſationũ dicti officii. Volentes propterea dñorum dictaꝝ poſſeſſionum laudabili deſiderio fauorabiliter annuere: ut dicte extimationes dãnoꝝ datoꝝ facilius & celerius exequantur & exequi ualeant hoc noſtro ſalubri: & imperpetuũ ualituro Decreto decernimus. Statuimus & ordinamus ꝙ officialis dãnoꝝ datorum ciuitatis Piſauri ſeu notarius dicti officii p̃ſentes & futuri: poſtq̃ facta & relata ipſis fuerit dicta extimatio per extimatores ciuitatis & comitatus Piſauri ſeu ſcripta tempore ſuoꝝ p̃ceſſoꝝ in dicto officio reperiatur ipſe officialis uel notarius ad requiſitionẽ cuiuſlibet dãnum paſſi teneantur & debeant ſibi facere & dare fidẽ manibus ipſoꝝ ſeu alterius eoꝝ ſcriptã de dicta extimatione iã facta ut p̃mittitur cũ anno die & menſe & cũ

ſubſcriptione ſui nominis & officii ut ipſi dãnum paſſi fieri facere ualeant executionẽ di
ctarum eſtimationũ. Et habeant & habere debeant dicti officiales pro qualibet fide ut
ſupra fienda boñ. unũ etiã ſi fuerint plures & diuerſe eſtimationes diuerſarum accuſationũ
& diuerſorum delinquentium de ciuitate & uillis Piſauri & eius curte/ ſeu de uno caſtro &
eius curte. Sed ſi fuerint dicti dãnum dantes ſeu accuſati de diuerſis locis & caſtris ſeu ha
bitatores diuerſorum locorum & caſtrorum dicti officiales accipere poſſint boñ. unum pro di-
cta fide cuiuſlibet loci ubi habitarent dicti accuſati. Et quod Poteſtas ciuitatis Piſauri &
eius officiales: officiales cuſtodie miles conſulũ. Executores & bariſelli dãnorum datorum capi
tanei generales caſtrorum camitatus Piſauri ſeu eorum ſubſtituti qui pro tẽpore fuerint: poſtq̃
ipſi requiſiti fuerint debeant & teneantur infra terminũ triũ dierum: tunc proxime fu-
turorum perſonalem executionem facere contra dictos accuſatos & denunciatos pro di-
cta eſtimatione contenta & cõtinenda in dicta fide. Et ipſos accuſatos nõ ſoluẽtes per di
ctos officiales determinare donec ſatiſfecerint accuſatoribus & dãnũ paſſi integraliter di
ctam eſtimationẽ. Et ſi in ſupplementum & defectum perſonalis executionis contingeret
fieri talem executionẽ in bonis mobilibus accuſati dicta bona uẽdant̃ in dicto termino:
& ad incantum ſubaſtent̃ & plus offerenti tradant̃. Et ꝑcium ſoluatur dãnum paſſo pro
concurrenti extimatione ſui dãni: & ſi bona in executione accepta uenderentur ultra eſti
mationẽ dicti dãni illud plus reſtituatur accuſato integraliter/ ſub pœna quinq; lib. boñ.
cuilibet officiali negligẽti in præmiſſis cõtrafacienti & recuſanti facere talẽ executionem
pro qualibet uice de facto per Poteſtatẽ noſtrum exigenda & depoſitario noſtro camere
noſtre perſoluenda per bulletinos notarii maleficiorum regiſtrandos per cancellarium no-
ſtrum & cõmunis Piſauri. Qui ſi negligens fuerit ſoluat tẽpore ſui ſyndicatus dictã pœ-
nam ipſe Poteſtas de ſuo ꝓprio. Et credat̃ in ꝓmiſſis cõtra dictos officiales querelanti cũ
eius iuramento. Qui executores habeant pro eorum labore & accipere poſſint pro quali-
bet executione uſq; ad boñ. uiginti dictę eſtimationis boñ. unũ. Abinde ſupra uſq; ad. xl.
boñ. dicti dãni eſtimati boñ. duos. Et abinde ſupra uſq; ad centum ſol. dictę eſtimationis
boñ. tres. Et abinde ſupra quantũcunq; fuerit boñ. quatuor. Et prædicta mandamus ob
ſeruari a dictis officialibus & executoribus ꝓdictis ſub pœna iam dicta: uolumus habere
locum in eſtimatis pendendibus iam factis & nõ exactis & in futurum fiendis.

Additiones ad ſtatuta dãnorum datorum. rub. 144.

IN primis animaduertentes ad ſecundũ ſtatutũ dãnorum datorum ſub Rubrica de modo
& forma procedẽdi ꝙ plazatii ſæpiſſime obmittunt citationes factę ſecundũ formã
dicti ſtatuti & ꝙ multi cõdẽnati cõquerunt̃ nunq̃ habuiſſe notitiã accuſationũ pro qui-
bus fuerunt cõdẽnati uolẽtes ꝓdictis ſalubriter ꝓuidere. Statuerunt ꝙ citationes fieri de
beant ſeruata forma dicti ueteris ſtatuti pœna ipſius ſtatuti plazario cõtrafaciẽti: & in-
ſuper ſtatuerũt ad oẽm malitiã ſuperandã accuſatorum qui negarẽt ſe fuiſſe citatos ꝙ quã-
docũq; dictus plazarius iret ad citandũ accuſatos uel denũciatos alicuius uniuerſitatis ca
ſtrorum uel uillarum ꝙ dictus plazatius teneat̃ ſecũ portare unum foliũ in quo deſcripti ſint
oẽs citandi cuiuſlibet curie caſtrorum uel uillarũ & deinde citationes facere ſingularum perſo
narum ſecundũ formã dicti ſtatuti/ quibus citationibus factis dictus plazarius debeant fo
lium citatorum relinquere capitaneo caſtri: unde fuerint citati uel capitaneo maſſatiorum dicti
caſtri ſi capitaneus ibi non fuerit repertus. Et ſi in aliqua uilla ciuitatis non fuerit capita
neus debeat dictus plazarius affigere folium citatorum ad eccleſiã dicte uille ꝓſente uno te-
ſte & hoc fiat eadẽ die qua facte fuerint dicte citationes uel ſequenti: & ſiquis ex citandis
deſcriptus

deſcriptus in folio fuerit citatus caſſetur per ipſum plazarium de dicto folio cum ipſius
aſſignationem uel affixionẽ fecerit: & capitanei caſtroꝝ infra tertiam diem octo dierũ in
citatione aſſignatorũ debeãt facere ꝓconizari in dicto caſtro ꝙ oẽs cõtenti in folio ſunt
citati & ꝙ uadant ad ſe excuſandũ & in dicta ꝓconizatione debeãt exprimi nomina ſin
guloꝝ citatoꝝ: & ꝑdicta locũ habeãt in prima citatione tantũ cuiuſlibet accuſationis ꝙ
ueniãt ad ſe excuſandũ & nõ in aliis citationibus quæ requirerent̃ in ꝓceſſu ipſaꝝ accu
ſationum uel denunciationũ qua forma obmiſſa dicti folei quilibet proceſſus ſeu condẽ
nationes irritentur. ¶ Item cõſiderantes ſecundũ ſtatutũ ſub Rubrica infra quantũ tẽ
pus &c. ꝙ propter multitudinẽ accuſarionũ & denunciarionũ officiales dãnoꝝ datorum
nõ ualent proceſſus corã eis factos terminare: & etiã cõdẽnationes exequi infra tẽpus in
ſtatuto cõprehenſum. Statuerunt & ordinauerunt ꝙ terminus ad expediendũ dictos pro
ceſſus corã eis initiatos ſint & eſſe debeãt quatuor menſiũ & ad exequendum & exigen
dum unius menſis poſt cõdẽnationẽ factã: & poſt quatuor mẽſes ꝑdictos: ita ꝙ quilibet
proceſſus quo ad expeditionẽ & exactionẽ ſpacio quinq; menſiũ terminetur ne obſtante
ꝙ in dicto ſtatuto minor terminus ſit appoſitus. Et inſuper corrigentes dictum ſtaturum
in ea parte dum dicit ꝙ officiales debeant ſcribi facere condẽnationes & abſolutiones in
eoꝝ libris iuxta denunciationes/ inquiſitiones uel accuſationes &c. Suplentes dictum ſta-
tutum propter dubietatẽ dictaꝝ cõdẽnationum. Statuerunt ꝙ de cętero condẽnationes
& abſolutiones nõ fiant/ & facte nõ teneant in libro ꝓceſſuũ: ſed fieri debeãt in duobus
quaternis deſcriptis & de perſe/ cõtinẽtibus ſolum cõdẽnationes & abſolutiones ſinguloꝝ
cõdẽnatoꝝ uel abſolutoꝝ: & cõdẽnati deſcribant̃ in dictos libros breuiter & incertis ſũ
mis prout cõdẽnari debẽt ſecũdũ formã ſtatutoꝝ/ & hac forma: v3. Petrum Antonii de
mõte Barotio accuſatũ uel denũciatũ/ ꝑut patet in libris noſtris ad carthas. xxx. in libris
tribus & ſoldis decem cõdẽnamus lib. 3. ſ. 10. deñ. 0. & ubi ueniret abſoluendus dicatur
abſoluimus: & fieri debeãt dicte abſolutiones & cõdẽnationes ꝑſentibus teſtibus & ſono
cãpane ꝑmiſſo abſq; aliqua citatione fienda ꝙ ueniant ad audiendum ipſas condẽnatio-
nes uel abſolutiones: qui quaterni debent eſſe ſtãpati ſtãpa cõmunis: & ipſoꝝ alter tema
nere debeat penes cancellarium cõis: & ipſo cancellario tradi eadẽ die qua facte fuerint:
& ſimiliter alii libri proceſſuum dãnoꝝ datoꝝ debeant ſtãpati dicta ſtampa cõmunis.
¶ Item attendentes ad. vii. ſtatutũ/ & ꝙ nullus labor uacuus eſſe debet a mercede/ cũ ſæ
pius bariſelli laborent circa explorationẽ & inueſtigationẽ dãnum dantium: & cũ ſecun
dum formã ueteris ſtatuti bariſellus teneatur notificare domino dãnum paſſo repertum
pro dãno dato/ & ſi dñs noluerit ipſum dãnum dantem accuſari ipſe bariſellus damnum
dantem accuſare nõ poteſt: & conſequenter dicto caſu ipſe bariſellus nihil habet ex di-
cto ſuo labore: uolentes ipſos in dicto ſuo exercitio reddere ſolertiores. Statuerunt & or
dinauerunt ꝙ quandocunq; cõtigerit ipſos bariſellos reperire dãnum dantes: & facta no
tificatione domino/ dominus nollet de dãno accuſationem fieri/ ꝙ tunc/ & eo caſu bariſel
lus poſſit & ſibi licitum ſit recipere unum bononenum pro qualibet libra qua ueniret re-
pertus condemnandus/ & hoc uſq; ad ſummam quindecim boñ. ab ipſo damnum dante.
Abinde uero ſupra plus exigere non poſſit quantumcunq; foret quantitas.
¶ Item intuentes. viii. ſtatutum ſub Rubrica de eſtimatoribus eligendis/ & quantũ utile
ſit officium eſtimatoriũ/ ampliantes dictũ ſtatutum. Statuerunt & ordinauerunt ꝙ dicti
eſtimatores ne dum eſtimare debeant ubi eſſet contentio inter dãnum paſſum & bariſel-
los: ſed etiã ubi eſſet contentio inter dãnum dantes & dãnum paſſos ubi dãnum deberet

emendati: ad quod etiã uolumus eoꝝ officiũ ſe extendi & eoꝝ dicto ſtari/ſuperaddentes etiã ꝙ ipſi extimatores: intelligantur etiã eſſe terminatores in ciuitate & comitatu Piſauri: & hoc niſi partes uel aliqua eaꝝ contradixerint/dicentes ſe uelle alios terminatores apponere/quo caſu terminare nõ poſſint propter rationabiles cauſas: quæ poſſent in perſona illorũ emergere & terminandi ꝑiudiciũ inferre. Et ꝙ ubicunq; cõtigerit ipſos extimatores fungi officio terminatoꝝ nõ poſſint accipere niſi unũ bon. pro quolibet ipſoꝝ pro qualibet facie nõ habito reſpectu ad quantitates terminorum/niſi terminatores propriis manibus affigerent terminos/quo caſu accipere poſſint prout determinatũ fuerit per officiales dãnoꝝ datoꝝ/habita conſideratione ad difficultatem & facilitatẽ locoꝝ/ſecundũ illorum ſtatum: & hoc ubi de ꝑdictis eſſet cõtentio inter ipſos & dominos poſſeſſionum.

¶Item animaduertentes ad decimũ capitulũ ſub Rubrica de denuncia gualdariis data indignum uiſum fuit/ut ſiquis repertus ſit vuas uel ficus comedere uel exportare de poſſeſſione alterius/ut ex eo ꝑſumamus ligna incidiſſe uel aliud dãnum dediſſe: quod ꝑſonaliter dari potuiſſet/limitantes dictũ ſtatutũ. Statuerũt & ordinauerũt ꝙ de denuntiis datis pro dãnis datis ꝑſonaliter: ita demũ inuẽtus ꝑſonalr dare dãnũ/teneať ad alias denũtias datas ſi denuntie eſſent date de ſimilibus rebus: utputa pro dãnis datis pro comeſtibilibus quo caſu denuntie date circa comeſtibilia oẽs itelligať caſſe: relique uero diuerſi generis firme remaneant: & hoc niſi eſſet aliud dãnũ qď uerisimiliter potuiſſet in illis cõtigiſſe/utputa truncatio uel abſciſſio arboris/qď poteſt in collectione fructuũ contingere & ſic in ſimilibus/firmis ſtatibus reliquis circa bariſellos maxime circa ſalaria & emolumẽta ipſoꝝ bariſelloꝝ ſecũdũ tenorẽ ꝑſentiũ additionũ: & qď dictũ eſt de lucro bariſelloꝝ nõ intelligatur de bariſellis comitatus/qui nihil percipere poſſint pro eoꝝ inuẽtionibus.

¶Item intuentes.xiii. ſtatutum ſub Rubrica ꝙ gualdarii ſeu bariſelli: & cõſiderantes ꝙ ſæpiſſime euenit quod bariſelli ſeu gualdarii perſiſtunt in officiũ per integrum annum/& quod abſurdum & iniquũ eſt ꝙ ipſi gualdarii & bariſelli differant reperire dãnum dantes per menſes.xiii. quod nõ ſine malignatione poteſt accedere. Idcirco ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ ꝑfati bariſelli ſeu gualdarii habeant & habere intelligantur terminũ ad extrahendum denuncias quatuor menſium & ultra illos quatuor menſes etiam habeant unum aliũ menſem ſecundũ formã præfati ſtatuti/ſi tanto tẽpore durauerint in officio: ſed ſi minori tẽpore durauerint uel pro denuntiis datis prope finem eoꝝ officii habeãt illud tẽpus minus quatuor menſium quod eis ſupereſt de officio/& ultra dictum tempus terminum unius menſis: poſt quæ tempora ipſi bariſelli ſeu gualdarii cogantur ad extrahendũ ipſas denuncias ſecundum ꝙ tenentur ex tenore ſtatuti.

De puntaturis fiendis. rub. 145.

ITem perſpicientes aliud ſtatutũ ſub Rubrica de foſſatis & uiis ſcaricandis: itẽ aliud ſtatutũ ſub Rubrica de pontibus fiẽdis & manutenẽdis. Itẽ aliud ſtatutũ ꝙ quodlibet caſtrũ & uilla teneatur manutenere fontes & cõſiderãtes quantum ſit expediens/utile & neceſſarium manutenere foſſata/pontes/& fontes/ſupplentes prædicta tria ſtatuta maxime circa modũ quẽ debeat obſeruare officialis dãnoꝝ datoꝝ circa faciendo ea manuteneri. Statuerunt etiã ꝙ foſſata de cætero fieri debeant iuxta publicas uias & riuos/ubi fuerit neceſſariũ & utile: uidelicet per totũ menſem Septẽbris: & ꝙ officialis dãnoꝝ datorum de mẽſe Auguſti ꝑcedente dictũ menſem Septẽbris/debeat in ciuitate Piſauri facere ꝑconizari publice ſaltẽ bis diuerſis diebus & in diebus ſabbati ꝙ oẽs teneanť ſcaricare & aptare foſſata/põtes/& fontes pœna in ſtatutis cõprehẽſa. Et idẽ dictus officialis

ſignificet per ſuas patentes lr̃as ſemel tm̃ capitaneis caſtroꝝ dicto menſe p̄cedenti: quo menſe Septēbris elapſo dictus officialis dānoꝝ datoꝝ poſſit & debeat facere inquiſitionē & puntaturas ſequenti menſe tm̃: vȝ. de menſe Octobris & ꝙ dū dictus officialis uadit ad faciēdū dictas punctaturas in curiis caſtroꝝ/debeat ſecū ducere capitaneū caſtri aut capitaneū maſſarioꝝ: & ſaltē unum ex maſſariis dicti caſtri: qui capitaneus una cū dicto officiali ſcribat/ & ſcribere teneat̃ oēs punctaturas factas in dictis eorū curiis pœna decē lib. cuilibet capitaneo recuſanti ſcribere dictas punctaturas & accedere cū dicto officiali in uillis & curte ciuitatis & dictus offālis dānoꝝ datoꝝ ad faciēdū dictas punctaturas/ teneat̃ ſecū ducere officialē extraordinarioꝝ Poteſtatis Piſauri: qui ſimilr̃ ſcribere una cū officiali dānoꝝ datoꝝ dictas punctaturas & officialis extraordinarioꝝ teneat̃ accedere pœna decē lib. de ſuo ſalario retinēdaꝝ. Et habeat dictus officialis ab officiali dānoꝝ datoꝝ pro ſuo labore & mercede octo ſol. p̄to qualibet die/ & ultra accipere nō poſſit/ qui officiales & capitanei debeant dictas pūctaturas ſeu foliū ipſaꝝ tradere & cōſignare cancellario cōis & pūctature alr̃ facte uel alio tp̃e nō ualeāt nec teneāt p̄terq̃ puncturae pontiū: quæ fieri poſſint qñcunq; pontes reperirent̃ deſtructi in totū uel in partē abſq; aliqua ſolēnitate: & ad p̄dicta foſſata faciēda ſeu ſcaricanda iuxta uias teneantur & cogi poſſint laboratores & cultores poſſeſſionum.

¶ Itē uidentes aliud ſtatutū ſub Rub. de arboribus indomeſticis/ circa finē: ſtatuerūt & ordinauerunt ſupplentes dictū ſtatutū ꝙ habentes poſſeſſiones iuxta uias publicas uel uicinales debeāt ipſas uias incidere/ toneare & affractare ꝑut dictat dictū ſtatutū de mēſe Maii cuiuſlibet anni: & pūctature dictaꝝ uiaꝝ fieri poſſint ſemel in anno: vȝ. de mēſe Iunii & officialis de mēſe aprilis debeat p̄conizari facere. Et circa punctaturas fiendas teneat̃ obſeruare eundē modū & ordinē/ ꝑut ſupra ꝓxime p̄cedenti capitulo reformatū eſt/ circa foſſata/ pontes & fontes: etiā circa modū notificandi & bāniendi: & ad aptationē dictaꝝ uiaꝝ teneant̃ & obligati ſint laboratores poſſeſſionū exiſtētiū iuxta dictas uias. ¶ Itē qm̃ nobis cōueniens uiſum eſt: ꝙ officialis dānoꝝ datoꝝ pro dicto eius officio exercēdo habeat libertatē & arbitriū mulctandi inobediētes & cōtumaces. Statuerūt & ordinauerunt ꝙ dictus officialis dānoꝝ datoꝝ & habeat auctoritatē & arbitriū mulctandi & puniēdi de facto abſq; aliquo ꝓceſſu quoſcūq; inobediētes ſibi circa dictū eius officium & cōtumaciter recuſantes parere iuſſionibus & mandatis dicti officialis: declarātes ꝙ oīa ſtatuta dānoꝝ datoꝝ & de dāno dato loquētia in perſona Ptātis Piſauri itelligant̃ & locū ſibi datū ſibi uēdicēt in officiali dānorū datoꝝ p̄terq̃ ſtatutis loquētis de arbitrio & auctoritate Poteſtatis circa iponēdas pœnas ſeu mulctas: in quo nolumus ipſum officialē dānoꝝ datoꝝ hr̃e maiorē/ amplierē auctoritatē circa mulctā iponendā q̃ in p̄nti capitulo ſit expreſſum. ¶ Itē ad multorū querelas ac lamētationes mentē dirigentes qui lamērant̃ qd̄ aliarū dāna cogunt̃ emēdare & eoꝝ quæ nō fecerint multiplicatas pœnas pati/ cū accuſant̃ cū adiuncto onere ſociorū/ & ꝑpea uolētes iuſtis lamētationibus remedia adhibere. Statuerunt ꝙ accuſari quis nō poſſit cū ſociis/ niſi qñ ſocii una cū accuſato ſimul dānū dederint/ uel cū beſtie pluriū ſimul dānū dare cōtigerit: quibus caſibus: ſiquidē dānum datum fuerit pſonalr̃/ & unus dans dānū fuerit accuſatus cū quo ſocii cōuenerint/ credat̃ accuſato in noiatione ſocioꝝ una ſecū dānū dātiū: ſi uero dānū datū fuerit cū beſtiis pluriū ſil̃. Credat̃ ſilr̃ accuſato ſuper noiatione beſtiaꝝ ſocioꝝ: & hoc ſi dictus accuſatus non habuerit tot beſtias quot accuſate extiterint: et ſi ſocius accuſatus negauerit ſuas beſtias dānū dediſſe/ alias

ſi accuſatus habuerit tot beſtias quot ſunt accuſate nō credatur accuſato ſuꝑ noiatione
ſocioꝝ niſi aliter ꝓbatū ſit: & aliter facte accuſationes cū ſociis nō ualeāt/nec teneāt
& accuſatus cū ſociis nō poſſit ꝯdēnari/niſi pro ſeipſo tm̄: & ſiquis fuerit noiatus ab
accuſato/ & legitime ꝓbare potuerit ſe uel ſuas beſtias nō dediſſe dānū infra terminū
ꝑ officialē ſtatuēdū ſilr nō ꝯdēnet: & noians teneat̃ reficere noiato dānū & intereſſe:
& ultra hoc condēnet̃ cōi in.x.lib. Et noiationes ꝑdicte fieri debeāt cum iuramēto de
quo apud acta appareat. ⸿Itē ut cuncta in dānis datis rite ꝓcedāt/ne ꝑtextu igno
rantie officialis/quiſpiā cōtra iuſticiā dānet̃ pro eo qđ forte nō fecerit. Statuerūt ꝙ ad
officiū dānoꝝ datoꝝ nō poſſint examinari teſtes per uerbū uera eſſe cōtenta in accuſa
uel denuncia/uel capitulis ſiue poſitionibus uel modo cōſimili/ſed examinent̃ de facto
eius qđ uiderint uel audiuerint uel alio ſenſu ꝑceperint: & interrogent̃ de cauſa ſcien-
tie/loco tpe & cōteſtibus: etiā examinatio alr facta nō teneat/& nihilominus officialis
examinās aliter puniatur in.xl.ſol. pro qualibet uice. ⸿Item ne ꝑtextu timoris eris ali
cui uel alicuius cōdēnationis ꝙ teſtibus imineat ꝓceſſus dānoꝝ datoꝝ retardētur. Sta-
tuerunt ēt ꝙ ſiquis fuerit citatus ꝙ certa die ueniat ad iurandū/& deponendū coram
officio dānoꝝ datoꝝ & ea die cōpareat & cedulā citationes penes ſe hēat manu offi-
cialis/pro dicta die nō poſſit ueniēdo ad ciuitatē Piſauri uel inde redeundo detineri ꝓ
aliquo debito ciuili uel criminali per aliquē officialē ciuitatis ꝑdicte/etiā occaſione dā
ni dati/nec capi occaſione ſuſpitionis fuge/nec poſſit illi aliquod ꝑceptū fieri de redeū
do dicta die: & quicquid cōtra ꝑdicta factū fuerit/nō ualeat aut teneat. Et ꝑdicta nō
uendicēt ſibi locū/ubi quis eſſet cōdēnatus in ꝑſona/uel mēbris/uel ueniret cōdēnan-
dus pro crimine in ꝑſona uel mēbri uel eſſet relegatus/uel ad cōfinia miſſus. Et in his
uolumus officiales dānoꝝ datoꝝ abſq; doloſitate uel malignitate uerſari: ut neminē ci
tent/& appodiſſam mittāt/qui nō ſit receptus & traditus pro teſte & deſcriptus in eo
rum libris abſq; dolo uel fraude pœna officiali cōtrafacienti quinquaginta lib. boñ.
⸿Item adhoc ut forū qđ die ſabbati in ciuitate Piſauri abundātius fiat ad cōem ha
bitantiū: & ēt hoies comitatus poſſint ſuoꝝ bonoꝝ & reꝝ ipm cōmodū ſecurius ſen-
tire. Statuerūt ēt ꝙ beſtie onerate uenīētes ad forū ad ciuitatē Piſauri die ſabbati nō
poſſint ueniendo ſtando uel redeundo dicta die per officialē dānoꝝ datoꝝ capi/ detine
ri/uel areſtari/nō intelligēdo ꝓpea ꝙ res ipſe onerate & portate nō poſſint capi uel ſe-
queſtrari per dictū officialē poſtq̄ fuerint exonerate. Itē ſtatuerūt ꝙ dicte beſtie one-
rate uino uel aquatitio a kal's Septēbris uſq; per totū menſem Octobris ſingulis die-
bus dictoꝝ duoꝝ menſiū ſimilē imunitatē habeāt: nō ꝓpea intelligendum ꝙ uinū ſeu
aquatitiū portatū nō poſſit capi uel ſequeſtrari poſtq̄ fuerit exoneratum uel in penu
poſitū/nec etiā intelligēdo ꝙ cōducens ſilr nō poſſit capi ex cauſa dāni dati utroq; ca
ſu. Boues uero aratorii & iugū portare ſoliti nullo tpe uel loco tā in ueniēdo ad ciuitatē
Piſauri uel exiſtēdo & redeundo uel etiā cōmorando in caſtris uillis uel territorio Piſau
ri capi/detineri/uel ſequeſtrari poſſint occaſione dāni dati pœna centū boñ. dicto offi
ciali uel eius exactori ſiue plazario uel batiſellis īponēdo & de eoꝝ ſalariis retinendo.
⸿Item ad frenandū ꝑteritoꝝ officialiū auaritiā qui nōnunq̄ nariis coloribus & cau
ſis extorxiones cōmittunt aſſerētes ſibi deberi ꝑtextu eoꝝ iā finiti officii. Statuerunt
& ordinauerunt ꝙ officiales dānoꝝ datoꝝ uel eius notarii aut exactores finito eorum
officio nō ſe intromittant de pertinentibus ad ipſum officium nec portiones exigant
quaſi dicant ſibi non fuiſſe ſolutas aut aliquos ſibi reſtare debitores: nec etiam exami-

nationum

nationũ teſtiũ mercedẽ uel litterarꝝ extimationũ denunciarꝝ cõcordiarꝝ ſupplicationum
cancellaturarꝝ neqꝫ aliquid aliud quod ſibi dari peterent ꝓtextu eoꝝ iam finiti officii.
¶Item qm̃ cõiter accidit ꝙ bariſelli ciuitatis poſt eoꝝ finitũ officiũ diſcedũt a ciuita
te & comitatu Piſauri nõdũ exactis integralr̃ eoꝝ inuẽtionibus de quibus curãt uẽdi
tiones facere: & ſæpiſſime ſimulãt donationes/nõnũq̃ uero diſcedũt & redeunt ad tp̃a
& inuentiones eoꝝ petũt: ꝓpea pro bariſellis ſtatuerunt ꝙ bariſelli p̃dicti poſſint petere
& exigi facere eoꝝ inuẽtiones ẽt poſt eoꝝ finitũ officiũ donec ſteterint in ciuitate Pi
ſauri. Poſtq̃ uero diſceſſerint de dicta ciuitate & diſtrictu/ſi inde ad certũ tp̃s redierint
nõ poſſint dictas inuentiones petere/nec exigere nec ante diſceſſum illas uẽdere/uel do
nare trãſigere uel aliquẽ cõtractũ facere pœna centũ ſoldoꝝ tã ipſis bariſellis/q̃ con
trahentibus cũ illis cõtrafaciẽtibus/& dicto caſu abſentie officialis dãnoꝝ datoꝝ: qui
pro tp̃e fuerit/teneat̃ illas exigere & in zocco cõis ponere & ad baſtardellũ: ꝑut facit
alias pœnas in zocco ponẽdas. ¶Item cũ ſæpe cõtingat ꝙ hoies cõmitatus Piſauri
metu officialiũ per inſtr̃a adinuicẽ faciũt ꝓmiſſiones de nõ accuſando unus alterũ &
pœnas apponũt/& ob id multa dãna patiunt̃: & illo ut plurimũ peniteat p̃dictas pro
miſſiones celebraſſe. Attẽdẽtes ꝙ iuri contrariũ eſt futurũ dolũ pacto remittere: & ꝙ
bonis moribus nõ cõgruit ut quiſpiã ipune dãnũ inferat in rebus alterius. Statuerunt
& ordinauerũt ꝙ hmõi ꝓmiſſiones fieri nõ ualeat etiã ſi per inſtr̃a ſolẽnia celebrentur
& facta nullius ſit roboris firmamẽtis uel momẽti & pœnę appoſite uel apponẽde nõ
ligent cõtrahentes quoquo modo quod intelligatur in ꝓteritis p̃ſentibus & futuris.
¶Item ſæpius audiuimus ꝙ uniuerſitates aliq̃ adinuicẽ gñales paces & cõcordias cõ
trahũt ſup dãnis datis in quibus admodũ pauci cõueniũt: & deinceps cõcordias ipſas
ꝓbare nitunt̃ per ſeipſos & officiales dãnoꝝ datoꝝ tales cõcordias admittũt in ꝑnicię
& dãnũ nõnullarꝝ ſingularꝝ: pſonarꝝ quæ dãna enormia ſunt ꝑpeſſe: & ꝓpea uolentes
remediũ ſalubre p̃dictis adhibere. Statuerũt & ordinauerũt ꝙ de cætero ſi cõtingat fie
ri cõcordias per uniuerſitates ſup dãnis datis. Ille fiãt per publica inſtr̃a manu publici
notarii & ad illarꝝ celebrationẽ uocent̃ maſſarii dicti loci/ & oẽs primi cuiuſlibet fami
lie quoꝝ noĩa in inſtr̃is ſcribant̃/& ſi cõtingat aliq̃ primũ ſue famile nõ intereſſe di
cto inſtr̃o: tunc illi tali abſenti nõ obſit cõcordia ſiue pax celebrata: ẽt ſi fuerit requiſi
tus ut ueniat ad faciendũ dictã cõcordiã: niſi expreſſe cõſenſerit/de quo cõſenſu appa
rere debeat manu publici notarii/ & dans dãnũ tali uel talibus in eius beneficium nõ
poſſit uti tali inſtr̃o cõcordia cõiter celebrato. ¶Itẽ ad fugandũ & extirpandũ fero
citatẽ uoraciũ lupoꝝ: qui in comitatu Piſauri exercuerũt nõ mediocri cũ iactura aialiũ
& beſtiarꝝ oĩum ciuitatis & comitatus Piſauri. Statuerũt etiã ꝙ ſingulo anno duabus
uicibus fiant in comitatu Piſauri publicę uenationes: quibus adminus interſit unus pro
quolibet fumãte dicti comitatus/& etiã uillarꝝ & fiant dicte uenationes/una de menſe
Maii: vꝫ. tertia die penthecoſtes: & alia de mẽſe Nouẽbris: vꝫ. in die feſtiuitatis ſancti
Andreę apoſtoli: & ꝙ pro p̃dictis exequẽdis officialis dãnoꝝ datoꝝ per ſuas patentes
litteras faciat ſignificari & bãniri ꝙ quilibet comitatus & uillarꝝ & diſtrictus piſauri:
vꝫ. unus pro quolibet fumãte dictis diebus cõuenire debeat ubi per ipſum fuerit ordi
natũ ad uenandũ/perquirendũ & inſequendũ dictos lupos ſeu lupacinos per eum mo
dum qui melius uidebit̃ cũ canibus qui canes habet: & reliqui cũ armis pœna quinqꝫ
ſoldoꝝ pro quolibet & qualibet uice qua nõ ꝑuenerit uel inobediens extiterit.

Salario del Maſſaro de la citta & conta de Peſaro de quello che lui puo torre per le beſtie che lui teneſſe in lalbergo. rub. 146.

PRima per ciaſchuna beſtia groſſa de ogni ragione deue hauere per lo di: & per la notte ſe nõ li data biada bol. uno Ma de di ſolamẽte deue hauer dinari ſei nõ piu. Item per ogni beſtia minima Pecore/capre/tra di e notte denari quatro. Per lo di ſolamente/o/parte de quello la mita de ditte denari. Itẽ per ogni porco tra di & notte denari ſei per uno. Ma de di ſolamente denari quatro.

De la exequtione da farſe perſonalmẽte per ciaſchuno official cõtra li cõdẽnati ꝑ li dãni dati pſonalmẽte fatti & mercede de ditte exequtioni. rub. 147.

ITem ſtatuimo che al caualliero del Podeſta & a qualunche altro officiale exequtore & parimẽte a tutti li capitanei del conta de Peſaro ſia licito exequire & far exequtione perſonalmente cõtra qualunche cõdẽnato per dãno pſonalmente fatto inſino ala debita ſatiſfactione de la pena incurſa/o/che ſia cõdẽnato: pure che tal dãno foſſe cõprobato per il dãno paſſo cõ il ſuo iuramẽto de ueduta: & con uno teſtimonio/etiã de ueduta quale ſii de ogni exceptione magiore: ouero chel dãno fuſſe cõprobato per uno teſtimonio: ſimiliter magiore de ogni exceptione: ouero tal dãno fuſſe cõprobato per dui teſtimonii de ueduta: & ditta condẽnatione in li ditti caſi fatta / ſia exequita/ quãto ala pena ſecõdo la diſpoſitione ſtatutaria parlãte de tale materia. Et pariter ala ſatiſfactione del dãno al dãno paſſo: & coſi tale cõdẽnatione ſe debba exequire ſina al integra ſatiſfactione de le coſe preditte. Et ſe laccadeſſe che tale cõdẽnato fuſſe de alcuna famiglia che in comuni & inſieme habitaſſe ad uno pane & ad uno uino. Alhora la condẽnatione fatta contra uno de tale famiglia per dãno perſonale ſe poſſe exequire cõtra qualunche altro de tale fameglia inſino ala integra ſatiſfactione del dãno & de la pena pecuniaria: accio nõ acaſchi li comuni beni eſſere tolti per ꝯdẽnatione de unaltro de tale fameglia. Et ſe laccadeſſe ditta exequtione farſe cõtra il dãno dante per dãno ut ſupra. Quello tale per la pena pecuniaria & reſtitutione del dãno: ſia retenuto per uno giorno nella berlina: ouer in la cathena: qñ ꝑ il dãno pſonalmente fatto foſſe legitimamẽte ꝓuato ꝑ dui teſtimonii & nõ haueſſe potuto pagar: & ſe laccadeſſe che alcuno de li ꝑditti exequtori officiali & capitanei fuſſe remeſſo & negligẽte ad exequire le uie preditte incurrano in la medeſima pena del dãno dante cõdẽnato foſſe tanto circa la pena de applicarſi ala camera. Q uanto etiã circa la reſtitutione del dãno/al dãno paſſo. Adiungendo che ciaſchuno officiale che faceſſe tale exequtione guadagni groſſi dui per qualunche exequtione perſonalmente fatta per qualunche cõdẽnatione perſonale: laquale mercede incontinente li debbe eſſere pagata per lofficiale del dãno dato. Al quale debba eſſere conſignato tale pregione per ditti exequtori.

Explicit Liber Quartus.

De electione officialis bechariorum. rub. 1.

FIRMITER STATVERVNT ꝙ unus officialis/qui nõ ſit becharius ſuper becharijs proponať/pro cõmuni eligendus/qui eligi debeat per conſiliarios pro duobus menſibus: excepto tẽpore quadrageſimali in fine uero dictoꝝ duoꝝ menſium eligi debeat unus alius pro duobus alijs menſibus qui electus debeat uidere omnes & ſingulas beſtias ante eoꝝ occiſionẽ & occiſis ponat eis unã bullam ad hoc ſpecialiter ordinandã per dictos cõſiliarios propter quod carnes unius beſtie cognoſcanť a carnibus alterius beſtie. Et ꝙ habeat unã ſtationẽ in qualibet becharia uel alibi prope: in qua totũ reſſiduũ carniũ: quæ nõ uenduntur in die in ſero reponanť & mane becharijs uendendis reddatur. Similiter & libras teneat cũ quibus dicte carnes uẽduntur & quilibet becharius debeat ſingulas beſtias aſſignare & oſtendere eidẽ officiali & eo pñte liceat occidere & nõ alr & ea occiſa uel eis occiſis ab eo bullam recipere nominatam: & quicunqꝫ bechariorũ contrafecerit ſoluat nomine banni quadraginta ſol. ꝶ. pro qualibet uice/& beſtia aliter occiſa/in becharia nõ uendať/& officialis teneať denunciare cõtrafaciẽtes & ſtetur ſuo ſacramento. Et ſemꝑ bis in menſe libras & bellantias debeat præuidere. Et hr̃e debeat dictus officialis pro cõi bellantias atqꝫ libras. Et ſiqua minus debito penſare inuẽta fuerit becharius in cẽtum ſol. ꝶ. pro quolibet & qualibet uice cõdẽnetur. Qui officialis iurare teneať & debeat ſine aliqua cõditione uel reſaluo ꝑdicta oia fideliter exercere: & ea ſtatuta loquentia ſuper becharijs facere obſeruari: & ſi inuentus fuerit negligens in aliquo in centum ſol. ꝶ. cõdẽnetur: & ab eo officio priuetur: & debeat ipſe officialis ſtatim cũ dictũ ſibi fuerit a bechario carnes bouinas/uacinas/uitelinas uidere & eas eſtimare cũ eſtimatoribus & extraordinario Ptãtis: & becharii ſcđm ipſoꝝ eſtimationẽ uendere teneanť: & qui cõtrafecerit ſoluat noie bãni pro quolibet cõtrafaciẽte.xl.ſol. ꝶ. & cuilibet cõpetat accuſatio: & lana q̃ eſt iuxta teſticulos caſtroꝝ/& pedes anteriores/becharii ꝑdicti ibidem relinquant/nec dictus officialis poſſit cũ aliquo bechario durãte dicto ſuo officio bibere & comedere nec aliquid enſeniũ recipere/ & qui cõtrafecerit ſoluat pœnã ſupra dictã: & habeat dictus officialis quolibet menſe pro ſuo ſalario libras tres boñ. Et teneantur becharii ſingulis diebus: quibus carnes comeduntur facere carnes ad ſufficientiam mandato dicti officialis pœna & bãno.xx.ſol. ꝶ. pro quolibet & qualibet uice & ſtetur ſacro officialis denunciantis becharium uel becharios. Et ſi aliquis becharius intulerit dicto officiali durante officio aliquã iniuriã dicto uel facto duplicetur pœna eius q̃ alias in ſtatuto continetur q̃ iniuria facta uel illata alteri.

Vbi & in quo loco uendi poſſint carnes legitime/ & nõ legitime: & quilibet uẽdens debeat habere libram & mediam libram. rub. 2.

ITem ſtatuerunt ꝙ cuilibet liceat uendere carnes recentes legitimas in becharijs cõſuetis & becharie cõſuete intelliganť in porta Rauẽnata quo ad uendendũ legitimas carnes. Alie uero carnes nõ legitime uendanť ubi ſolitũ eſt uendi/ſi alius locus nõ dabitur. In becharijs uero porte cotine uendanť bone carnes in bãchis quæ ſunt pe-

nes uiam per quã itur ad portã curinã. Alie uero carnes ubi ſolitũ eſt ut ſupra pœna & bãno.xx.ſol. pro quolibet & qualibet uice: qua cõtrafactũ fuerit & carnes ſiccas graſſas lardũ & ſepũ cuilibet licitũ ſit uendere ubicũq; per ciuitatẽ Piſauri ad librã.xviii. unciaꝝ & quilibet becharius uendens carnes habere debeat quãlibet librã ſeparatã: & mediã librã pſe pœna.xx.ſol. ꝑ. pro quolibet & qualibet uice: quæ libra media debeat eſſe bullata bulla per cõe Piſauri deputata ſub ꝑdicta pœna: & nõ uendant ad ſtaderiã niſi a.xx.libris ſupra pœna ꝑdicta/ Vendentes uero caſeũ ad menutũ uendant ad librã duodecim unciarum & habere debeant libram & mediam libram ferream bullatam & ſeparatam ut ſupradictum eſt in libra bechariorum pœna prædicta.

Quomodo & quando carnes occidi & decoriari debeant: & ubi. rub. 3.

ITem ſtatuerũt ꝙ a feſto oĩum ſanctoꝝ uſq; ad initiũ quadrageſime becharii carnes legitimas boues/caſtrones & porcos interficere & decoriare debeãt in die ante quã uendant pœna uiginti ſol. ꝑ. pro qualibet beſtia. Et officialis teneatur uinculo ſacramenti ſtatutum prædictum obſeruare pœna decem ſol. ꝑ. dicto officiali imponenda ſi dictum ſtatutum nõ faceret obſeruare pro qualibet beſtia niſi neceſſitas emergat: & tunc cum licentia domini Poteſtatis.

Vbi beſtie per becharios porte rauẽnatis occidi debeant. rub. 4.

STatutum eſt etiã ꝙ becharii porte rauẽnatis beſtie interficere debeant in conciatorio Becarie porte curine & nõ alibi pœna uiginti ſol. ꝑ. pro qualibet beſtia: quod ſtatutum nõ uendicet ſibi locum in caſtronis edis & porcis.

De ſanguine in uiis publicis nõ prohiciẽdo & de interioribus. rub. 5.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus becharius ire faciat ſanguinẽ beſtiaꝝ in uiis publicis uel bechariis & qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni pro qualibet uice quinq; ſol. ꝑ. & plena ꝓbatio ſit cõtra becharios pro ſe eius bancũ ubi dictus ſanguis reptus fuerit: & ꝙ nullus audeat uel ꝓ̃ſumat tenere interiora beſtiaꝝ cũ ſtercore: ſed ipſa interiora mũda tenere debeãt. Ventres uero caſtronũ aliaꝝ beſtiaꝝ: excepto uentre bouis/porci/ſuellarum/edoꝝ/& agnoꝝ plenos debeãt tenere. Et qui cõtrafecerit ſoluat pro bãno uice qualibet duos ſol. ꝑ. Et officialis teneať uinculo ſacramenti cõtrafaciẽtes denunciare.

Vbi carnes infirme & mortacine uendi debeant. rub. 6.

STatutum eſt etiã ꝙ nullus becharius carnes infirmas mortacinas ſeu fetidas in bechariis uendat: ſed eas uendat extra portas ciuitatis & burgoꝝ: & qui contrafecerit ſoluat noĩe bãni pro qualibet uice centum ſol. ꝑ. ſine remedio cõpenſationis & pacis: & cuilibet competat accuſatio/& habeat medietatem banni: habita licẽtia a Vicario gabellarum ut in prouiſionibus apparet.

Quod carnes unius beſtie nõ uẽdanť pro alterius beſtie carnibus. ru. 7.

ITem ſtatutũ eſt ẽt ꝙ nullus becharius audeat uendere carnes unius bouis cũ carnibus alterius bouis uel carnes ſcroffocinas pro porcinis: nec carnes pecudũ uel mõtonoꝝ pro carnibus caſtratinis: & idẽ obſeruet in aliis carnibus: & ſi cõtrafecerit cõdẽ neť in decẽ lib. ꝑ. Et ꝙ ſup eadẽ bãcha aliquis nõ poſſit retinere ad uẽdẽdũ de carnibus diuerſaꝝ beſtiaꝝ eiuſdẽ tñ ſpẽi: utputa de duobus bobus pœna cẽtũ ſol. pro q̃libet uice. Et quilibet poſſit eẽ accuſator de ꝑdictis oibus & hẽat medietatẽ bãni. Et ſtetur ſacro accuſatoris cum uno teſte bone opinionis. Et quicunq; uoluerit facere carnes libere poſſit facere iurando eas facere ſecundum formam ſtatuti.

uid. L°. vj. [illegible] 119

De ſignis

Quod becharii & eoꝝ famuli & ſocii nõ [illegible] emere ullo tempore hedos nec agnos in ciuitate nec extra in [illegible] [illegible] ſub pena xx ſol. [illegible] uide L° tertio [illegible] ſub rubrica 143

De ſignis caſtronorum dimittendis. rub. 8.

STatuerunt etiã ꝙ dñi becharii occidẽtes ſiue ſcorĩãnt caſtronos teneant & debeant
relinquere cuilibet caſtrono occiſo cornũ/& pilũ in loco ubi ſũt/ſeu eſſe debẽt teſti
culi & caput dicti caſtroni. Et qui cõtrafecerit ſoluat noĩe bãni.xx.ſol.ß. pro qualibet
uice & cuilibet competat accuſatio/& habeat medietatem banni.

De ſocietate becariorum nõ faciendæ. rub. 9.

ITem ſtatuerunt ꝙ Ptãs teneãt facere iurare oẽs becarios de ſocietate non faciẽda
a duobus becariis ultra/& obſeruet ꝑdictũ ſtatutũ, Quod.qdẽ iuramentũ in ca
pite quorũlibet triũ mẽſiũ ab eis inouari iubeat. Et quicũꝗ repertus fuerit cõtra dictũ
ſtatutũ ſocietatẽ facere ſoluat pro bãno uice qualibet.xl.ſol.ß. ſine remedio cõpẽſatio
nis & pacis. Et ꝙ nullus faciẽs bonas & legitimas carnes poſſit facere ſocietatẽ cũ ali
quo becario faciente uiles carnes pœna.x.lib.ß. cuilibet ipſorũ ſociorũ iferẽda cuius me
dietas ſit accuſantis & quilibet poſſit accuſare & denũciare & teneatur in ſecreto.

Quod Poteſtas & ſui officiales non poſſint dare licentiam alicui becario uen
dendi carnes ultra ꝗ fuerint extimate. rub. 10.

FIrmiter ſtatuerũt ꝙ poſtꝗ ciues cũ extraordinario ſuꝑ becariis eſtimauerint carnes
Poteſtas uel eius officialis nõ poſſit:nec debeat dare licentiã becario uel alteri ꝑſo
ne uendendi ipſas carnes ultra ꝗ fuerint eſtimate. Et ſi uendiderit cõdẽnet uenditor in
decẽ lib.ß.nõ obſtante aliqua licentia data:& poſſit accuſari infra duos annos:& cui
libet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni:& ꝙ carnes primo eſtimate per offi
ciales & ciues cõmunis nõ poſſint amplius eſtimari.

Quod becharii ponderando teneant billantias equales. rub. 11.

STatutum eſt etiã ꝙ quãdo becharii ponderãt carnes debeãt billãcias facere ſtare
equaliter:& ꝙ quodlibet par billanciarũ habeat linguettã in cloua integrã & rectã
& legalẽ & nõ teneant ullã billanciarũ ſupra bancã quãdo ponderant/& nõ premant
bellantiã:in qua erunt carnes inferius faciendo eam deſcẽdere. Et qui cõtrafecerit ſol
uat pro banno centũ ſol.ß. Et quicũꝗ accuſauerit habeat medietatẽ bãni. Et quicũꝗ
becarius repertus fuerit carnes minus iuſto pondere dare condẽnetur pro qualibet uice
in uiginti ſol.ß. quorũ medietas ſit emptoris alia medietas ſit cõmunis/& credatur ſa
cramento emptoris carnium a quo bechario dixerit emiſſe.

De bancis per becarios mundandis quoli bet die ſabbati. rub. 12.

ITem ſtatuerunt ꝙ oẽs becarii teneantur quolibet die ſabbati aptare & ſplanare
bãcas eorũ ad hoc ut carnes quę ibi incidunt nõ deuaſtent a ſticchis. Et ꝙ officia
lis beſtiarũ qui pro tẽpore fuerit aſſignare debeat becariis loca eorũ ubi debeant tenere
bancos ad uendendum carnes in feſto paſcatis & in feſto oium ſanctorum. Et ꝙ beca
rii qui utuntur in becariis tenere debeant ſpaciatas & mundas ſine aliqua bruttura:&
qui contrafecerit ſoluat pro bãno uice qualibet decem ſol.ß. quorũ medietas ſit cõmu
nis & altera ſit officialis:cuius ſacramento credatur.

De officiali eligendo ſingulo menſe ad ſcruptãdum carnes:& de faciẽdo pod
mum de ipſis. rub. 13.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ in principio cuiuſlibet menſis:& etiã infra dictũ menſem
per conſiliarios eligi debeant duo boni homines qui carnes caſtratinas & porci
nas ſcrutari debeãt pro cõi/ſacro prius ꝑſtito & ſcdm ꝙ per ipſos relatũ fuerit ꝙ car

nes caſtratine & porcine dari poſſint Poteſtas uinculo ſacri obſeruari faciat/ qui officiales nõ ſint de becariis nec partem habentes cum eis. Boues uero & carnes uacinę eſtimentur per officiales becariorum cum ciuibus eſtimatoribus & extraordinario ut ſupra ſub Rubrica de electione officialis becariorum.

Quod nullus becarius deputatus ad uendendum carnes legitimas debeat emere uel uendere carnes nõ legitimas. rub. 14.

STatuerunt ꝙ nullus becarius qui de cætero uendiderit carnes legitimas & ſinceras ſcilicet carnes caſtratinas porcinas & bouinas audeat uel pſũmat emere aliquẽ mõtonẽ pecudes neq; ſcrofam uel boues aut aliqua aĩalia uicioſa pœna centũ ſol. ꝝ. pro uice qualibet & quolibet cõtrafaciẽte: & cuilibet cõpetat accuſatio & hẽat medietatẽ bãni. Et credatᷣ facto accuſatoris cũ uno teſte/ ſaluo ꝙ ſi aliquis ex ꝑdictis becariis dixerit ſe emiſſe pro aliquo de ciuitate uel comitatu Piſauri: & ille pro quo dixerit ſe emiſſe uoluerit iurare ꝑdicta uera eſſe ꝙ ad prædictã pœnam nõ teneatur.

De laborerio & parte laboratoris quæ intelligantur reſeruata tẽpore alienationis: & qualiter laborator expelli poſſit. rub. 15.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis uendiderit uel aliquo alio titulo in aliũ trãſtulerit rẽ ſiue poſſeſſionẽ aliquã & nõ fuerit facta mẽtio de laborerio facto ab altero laboratore q̃ a uenditore. Quod nihilominus ſemꝑ ſit ſalua pars laboratoris/ ſeu laboratoꝝ nõ obſtãte teꝝ alienatione uel alio iure incõtrarium loquẽte. Liceat tñ ei in quẽ dicta poſſeſſio trãſlata fuerit ſi uoluerit dictũ laboratorẽ cogere ad eligendũ unũ ſuũ amicum & illũ in quẽ res trãſlata fuerit eligat aliũ. Et quod per dictos amicos eſtimatũ fuerit in laboreriũ factũ in dicta re/ ille in quẽ dicta res trãſlata fuerit laboratori ſoluere cõpellatᷣ. Et tũc laborator uel fictuarius cogatᷣ ſtatim rẽ dimittere prout uoluerit aquirẽs nõ obſtãre pacto uel inſtr̃o locationis q̃d aquirẽti nullo modo ꝑiudicẽt. Nõ habeat locũ tñ hæc clauſula in terris ſeminatis uel in uineis poſtq̃ fuerint putate leuate & palmate. Idẽ intelligatᷣ in ꝯducẽtibus poſſeſſiones ad fictũ. Addiciẽtes ꝙ in caſibus ſupradictis uendẽs uel alienãs in alterũ ad aliq̃d dãnũ uel intereſſe ꝑ ſupradicta dicto emptori uel aquirenti nõ teneatᷣ: & ꝙ ſi cõtingeret talẽ alienantẽ rẽ per eũ alienatã laboraſſe cõcedatᷣ tale laboreriũ emptori ſiue aquirẽti: nec aliquid debeatᷣ pro tali laborerio tali uenditori uel alienãti ab ipſo aquirẽte/ niſi inter ipſos contrahentes aliter expreſſe actũ eſſet. Et ꝙ laborator affictuarius uel cõductor teneatᷣ obſeruare aquirenti: & in laborerio & affictu perſeuerare ſi uoluerit ipſe aquirens pro tẽpore inter alienantes & ipſos laboratores affictuarios & conductores a principio cõuento.

De pœna laborantiũ terras extra comitatũ & territoriũ Piſauri. rub. 16.

STatutum eſt etiã ꝙ nullus ciuis comitatinus ciuitatis & comitatus Piſauri uel cõtinuus habitator eorũdem audeat uel præſũmat ire ad laborandum extra territorium ciuitatis & comitatus Piſauri pœna & banno uiginti ſol. ꝝ. & pro quolibet & qualibet uice ipſi cõtrafacienti ipſo facto auferenda ſaluo niſi talis haberet ſuã ꝓpriã poſſeſſionem extra territoriũ ꝑdictum/ uel ſi ipſe iret ad laborandum extra territoriũ prædictum in poſſeſſione alicuius ciuis uel comitatini: quibus duobus caſibus ſibi licitum ſit: nec in ſupradictam pœnam incurrat.

De eo

De eo qui ſubmiſerit uel perdiderit neglexerit uel conduxerit rem quam laborat ab aliquo uel tenet. rub. 17.

STatutum eſt etiã/ ꝙ ſi aliqua perſona laborauerit aliquã poſſeſſionem alicuius uel domũ habitauerit uel aliquã rem ab aliquo tenuerit & ſubmiſerit ſubiecerit uel ab aliquo alio/ q̃ eo quam primo habebat & tenebat aliquo titulo acquiſiuerit uel conduxerit per ſe uel alium uel eam neglexerit ꝙ alter poſſeſſionẽ dicte rei auferat puniatur laborator/ ſeu habitans uel tenens ſubitiens ſubmittens uel negligens in centũ libr. ꝑ. in quolibet caſuum prædictoꝝ ſine remedio cõpenſationis: & pacis cuius medietas ſit eius a quo laborator uel habitans rem habebat/ & altera medietas ſit cõmunis. Et nihilominus poſſeſſionẽ reis quã laborabat uel habitabat uel tenebat liberam & expeditã primo a quo tenebat reſtituere teneat. Et ſi nõ reſtituere poterit ut ſupra dictum eſt: pro re quã laborabat uel habitabat ſtet in carceribus ad uoluntatem eius a quo tenebat: & ꝙ poſſeſſionẽ nihilominus nõ imutet ab eo qui primo poſſidebat. Sed eam ſibi libere liceat poſſidere/ & etiã pacta habita inter eum: & a quo ad laboreriũ habuerit uel ad habitandũ ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii omni exceptione remota inuiolabiliter obſeruare teneatur. Et nõ habeat locum hoc ſtatutũ in laboratoribus uel habitatoribus uel res alienas quoquo titulo tenẽtibus qui eas aliis ſubmiſerit uel cõduxerit uel alio quoquo titulo aquiſiuerit de expreſſa uoluntate coꝝ a quo primo ad laborerium habebant uel habitabant ſeu tenebant.

De domino corã ſuo iudice querimoniã de laboratore ꝓponẽdo. rub. 18.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi corã Poteſtate uel eius Iudicibus uel alio officiali aliquis de cætero querimoniam propoſuerit de aliquo ſuo laboratore & dixerit ſuã poſſeſſionem nõ eſſe bene laboratã propter ipſum laboratorẽ iuxta pacta/ & promiſſiones inter eos habitas) ſi de promiſſione & pactis appareret uel ſi de promiſſione nõ conſtat congruis tẽporibus laboratã nõ eſſe uel terrã mundatam nõ eſſe uel ꝙ laborator eam laborauerit & fructibus nõ reſponderit domino rei iuxta promiſſionem: ſi de ea conſtat uel ſi de ea nõ cõſtat congruis tẽporibus nõ reſpondiſſe. Si de pactis conſtat pacta ipſa debeant obſeruari. Si uero de pactis non conſtat & dixerit poſſeſſionem laboratam nõ eſſe uel nõ mundatam cogantur laborator & dominus eligere duos cõmunes amicos: qui uidere dabeant utrum dicta poſſeſſio fuerit congruo tempore laborata uel mundata/ & quantũ eſt domini poſſeſſionis dãnum. Et quod per ipſos dictũ fuerit Poteſtas & Iudices eius faciant obſeruari. Si uero de fructibus nõ reſpõderit domino poſſeſſionis uel locatori credatur ſacramẽto domini taxatione competenti a Iudice facta/ & ſuper prædictis procedatur ſummarie de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii & porrectione libelli. Exceptis ꝓbationibus ſiue cõfeſſionibus/ ſi negetur per laboratorẽ poſſeſſionis cõduxiſſe uel laboraſſe & habeat locũ in ꝑſentibus pẽdentibus & futuris.

Quod laboratores recipiant mercedẽ pro rata temporis. rub. 19.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ ſi laborator qui cõductus fuerit ad laborandũ ꝓpter aquã uel ꝑꝑ caſuum emergentẽ in ſui perſonã nõ potuit laborare: nec debeat accipere mercedem niſi pro rata tẽporis facta cõputatione expenſaꝝ factaꝝ in ꝑſona ipſius.

Q đ nemo dicat iniurias alicuius uolẽti poſſeſſionẽ alicuius laborare. ru. 20.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus deinceps præſummat inferre minas uel cõtradicere clam uel palam alicui perſone uel laboratori qui nõ laboret poſſeſſionem alicuius Piſau

renſis uel comitatini ciuitatis Piſauri. Et ſi contrafecerit & accuſatus fuerit ſoluat communi nomine bāni uigintiquinq; lib. ꝶ. & de cōtradictione uel minis ꝓbetur hoc modo per ſacramentum accuſatoris & unū teſtem: & nihilominus talis minans uel contradicens ſoluat domino poſſeſſionis pro ſuo dāno & intereſſe quantū dicta poſſeſſio fructare poſſet & credatur ſacramēto domini dicte poſſeſſionis: uniuerſitas uero in cuius curte dicta poſſeſſio fuerit ad petitionem dñi dicte poſſeſſionis teneatur eam laborare cōgruis tēporibus: & ſi fuerit terra eam ſeminare. Si uero uinea uel cānetum ſiue ſenatum omnia facere quæ dictis poſſeſſionibus cōueniunt pœna .xxv. lib. ꝶ. cuius medietas ſit cōmunis & alia medietas ſit domini poſſeſſionis.

De laboratore qui poſſeſſionem alicuius laborauerit & de locatione non appareat inſtrumentum. rub. 21.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſiquis laborauerit poſſeſſionē alicuius: & nō apparuerit inde inſtrumentum uel teſtes ꝙ ſit laborator nihilominus teneat poſſeſſionem laborare & collere & fructus diligenter recolligere congruis tēporibus & ſeminare de bono granō nicto ſine macula & partem domino reddere: quēadmodū alii laboratores de contrata reddunt dominis habentibus poſſeſſiones in ipſa contrata. Et qui contrafecerit ſoluat nomine bāni quadraginta ſol. ꝶ: ſaluis aliis pactis maioribus in ſtatutis contentis: & nihilominus credatur ſacramento domini poſſeſſionis.

Quod laboratores ſoluant collectas pro dñis poſſeſſionū nō pōt exigi ab eis & ꝙ nullus laboret de poſſeſſionibus eoꝝ qui collectas nō ſoluāt. rub. 22.

STatutum eſt etiam ꝙ qui laborauerint uel laborant de poſſeſſionibus alicuius uel aliquoꝝ a quo uel a quibus cōmune Piſauri nō poſſit collectas exigere uel officiales dicti cōmunis ad hoc cōſtituti compellantur per quoſcūq; officiales cōis Piſauri pro ipſis poſſeſſionibus: quas laborāt uel laborauerint collectas cōi Piſauri ſoluere oī occaſione & exceptione remotis: & ſi cōductus ad diē quoquomodo quis deinde iuerit ad laborandum in dictis poſſeſſionibus quod ſuſcepit pro precio uel loco precii in duplū reſtituat cōmuni: exceptis laboratoribus poſſeſſionū exiſtentium ad menſam eccleſiarum & religioſorum locorum/ ꝙ nō teneātur ſoluere pro dictis poſſeſſionibus: & obſeruetur hoc capitulum ſine remiſſione cōſilii uel arenghi & ſoluat cōmuni nomine banni decē libras rauēn. Et nullus laborator laborare debeat de poſſeſſionibus alicuius a quo cōmune Piſauri collectā nō habeat. Et qui cōtrafecerit laborando ſoluat nomine bāni uiginti lib. ꝶ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem banni: exceptis ut ſupra laboratoribus poſſeſſionum ad menſam eccleſiarum exiſtentibus.

Quod laboratores cauent cannas exiſtentes in uineis. rub. 23.

ITem ſtatuerunt ꝙ quicunq; laborauerit uineam alicuius in tota dioceſi Piſauri teneatur & debeat totā cānā quæ erit īfra uineā canare & in cortinis uineę ponere: ſi dño cuius uinea fuerit/ placuerit: & qui cōtrafecerit ſoluat nomine bāni .xl. ſol. ꝶ.

Qđ qlibet uineaꝝ alterius laborator teneat ponere q̄tuor plātas oliuaꝝ. ru. 24.

STatuerunt etiā ꝙ quilibet dominus: ac etiā laborator uineę alterius teneatur in uinea ſua & etiā quā laborat plantare ſingulis annis quatuor plantas oliuaꝝ & omnium aliorum arborum domeſticoꝝ pœna & bāno quinq; ſol. ꝶ. hac cōdictione ꝙ domini poſſeſſionū teneantur & debeant dare dictis laboratoribus plantas.

De trituratoribus

De trituratoribus frumenti & aliorum bladorum & de eorum mercede: & de menſuris radendis. rub. 25.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ trituratores frumenti & alioꝝ bladoꝝ habere debeãt de nouem menſuris unã pro eoꝝ caualatico raſam ſi triturauerint cũ fuſtibus. Si uero cũ equis uel equabus habere debeãt de.xi.unã: & qui aliter receperit & dederit condẽnetur in.xl.ſol. đ. pro qualibet menſura: cuius medietas ſit cõmunis & alia ſit accuſatoris: & cuilibet cõpetat accuſatio & credatur ſuo ſacramento cum uno teſte.

Qua menſura debeat uendi frumentũ uel aliud bladũ. rub. 26.

STatuerunt etiã ꝙ omnes ementes uel uendentes de cætero in ciuitate uel comitatu Piſauri aliquod genus bladi teneantur emere & uẽdere ad menſurã raſam dicti cõis & aliter accipi nõ poſſit nec debeat pœna.xx.ſol. pro qualibet mẽſura tã uẽditori ꝗ emptori & officialis ſuper quarto qui pro tp̃e fuerit faciat iſtud obſeruari pœna.xx. ſol. đ. pro qualibet uice: & cuilibet cõpetat accuſatio: & eius ſacramento credatur.

De loco ubi bladũ uendi debeat & de menſuris tenẽdis. rub. 27.

ITem ſtatuerunt ꝙ blaua/ ordeũ/ faba/ & alia legumina uendi debeant in plateola piſcarie: & uinum in plateola ſancti Dominici: & p̄dicta uendi debeãt ad menſurã cõis Piſauri. Liceat tñ unicuiq; uolenti uendere ad domũ ſuã de p̄dictis menſurare res ſuas cũ menſura cõis uel etiã cũ menſura ſua: dũmodo ſit bullata bulla cõmunis.

Quod domini poſſeſſionũ ſint potiores omnibus aliis creditoribus in eo quod recipere debent /a/ laboratoribus in fructibus poſſeſſionis quam laborauerit talis laborator. rub. 28.

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis laborator habuerit aliquid /a/ dño poſſeſſionis uel eius debitor fuerit in aliqua quãtitate pecunie uini uel grani uel alterius bladi uel alio quocũq; modo: dominus qui dixerit ſe debere aliquid recipere /a/ laboratore/ ſit potior iure oĩbus aliis in fructibus poſſeſſionis: quã laborat: etiã habẽtibus expreſſam uel tacitã ypothecã quocũq; titulo/ & credatur ſacramẽto dñi dicẽtis ſe debere aliquid recipere /a/ laboratore p̄dicto in præiudiciũ alterius qui dixerit potiora iura ſe habere in fructibus p̄dictis uſq; ad quãtitatẽ centũ ſol. đ. Abinde uero ſupra eius ſacramẽto nõ credatur ſed de eius debito probare debeat per teſtes uel publicũ inſtrm̃ uel alias legitimas probationes/ qua ꝓbatione legitime facta ſit porior omnibus aliis creditoribus in fructibus prædictis ut ſupra: in quibus procedatur ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii & porrectione libelli: & omni iuris ordine prætermiſſo. Et laboratores fructus poſſeſſionũ: quas laborãt ad ipſos laboratores pertinẽtes extrahere nõ debeãt nec poſſint de poſſeſſione ſine licẽtia dñi poſſeſſionis per ſe uel aliũ donec integraliter fuerit ſatiſfactũ: pœna decẽ lib. đ. cuius medietas ſit domini/ & alia cõmunis.

Quod laboratores muratores magiſtri lignaminũ & alii operantes ire debeant ad laboreriũ & redire ut ĩfra ſcribit̃ & ꝙ nullus poſſit cenã dare. ru. 29.

ITem ſtatuerunt ꝙ omnes laboratores: qui conducentur ad aliquod laborerium ſi erunt extra ciuitatem ire debeant uel intrare in opere conductionis ad ſonum cãpane groſſe quæ pulſatur pro prima miſſa in eccleſia cathedrali & in opere laborare & morari nec inde diſcedere per totam diem: laboratores uero in ciuitate ſtare debeant in opere laborerii uſq; ad ſonum campane groſſe quæ pulſatur ad cuſtodes: & qui contrafecerit ſoluat domino cuius fuerit laboreriũ illud quod domiuus iurare uoluerit ſibi

damnificatum eſſe: & ꝙ nullus qui laborare fecerit cuiuſcunqꝫ condirionis exiſtat dare debeat de ſero cenam: & quicũqꝫ cenam acceperit ſoluat nomine banni quinqꝫ ſol. ꝑ. & etiam qui dederit.

Quomodo ſolutio fienda ſit laboratoribus & pœna eius qui promiſerit ire ad laborerium & nõ iuerit: & quãto tẽpore ꝓſũmatur ꝓcium ſolutũ laboratoribus ſeu operariis & famulis ſeu famulabus ſi mercedẽ nõ petierint. ru. 30

FIrmiter ſtatuerunt ꝙ nullus de ciuitate Piſauri ſoluere ꝓſũmat laboratores in mane quãdo eos cõduxerit ad laborandum ſed ſaltẽ ſoluat laboratores in dominica ſequenti uel ante ſi perfecerint opus: & laboratores de mane cũ uadunt ad plateã palatii ad ꝓcium inueniendum debeant uolentibus ipſos conducere oſtendere ſiue offerre inſtrumenta cũ quibus debeant ea die laborare. Et ꝙ collectores oliuatum teneantur deferre lignamina & uncinos / & ſiquis aliquẽ laboratorẽ ſecum conduxerit uel miſerit ad ſuũ laboreriũ & ei nõ ſoluerit ut dictũ eſt Rectores teneantur incõtinenti cum laborator uenerit ad curiam & cõqueſtus fuerit de ipſo: facere ei ſolui ab eo preciũ conuentum. Et laboratores ire debeant ad laborerium ſine ſolutione eis in mane facta: & ibi ſtare ut in ſtatuto cõtinetur. Et ſi aliquis promiſerit ire ad laboreriũ alicuius rurale extra ciuitatẽ & nõ iuerit ut promiſerit: ſoluat cõductori incõtinenti ad eius petitionẽ quinqꝫ ſol. ꝑ. pro qualibet uice: & credatur ſacr̃o dñi ſeu alterius cõducentis. Quæ pars ſtatuti nõ uendicet ſibi locum in muratoribus magiſtris lignaminum & fabroꝝ: ſed ipſi ſi nõ iuerint & ſteterint: uel nõ fecerint laboreriũ eo tẽpore pro quo promiſerint ſoluant duplum eius quod ſupra dictũ eſt: & credatur ſacramento dñi uel alterius conducentis: & ſoluat incõtinenti / & ſaluo ſtatuto ſupra poſito de ſono cãpane poſito ut ſupra dictum eſt. Et ꝙ omnes uolentes ire ad precium inueniendum debeant ire ad plateam maiorem palatii cõmunis Piſauri de mane & alibi operas de mane locare nõ debeant nec ad portam accedere debeant / nec coadunare ad eoꝝ operas locandas: pœna quinqꝫ ſol. pro uice qualibet. Et ſi aliquis locauerit operas ſuas alicui ad aliquod laborerium rurale uel nõ rurale faciendum ſiue dietim ſiue de menſe in menſem ſiue annuatim ſiue in ſũma ſeu quouis modo ſeu forma: & ſteterit per menſem poſt opus ꝓſtitũ ſeu factũ ꝙ ꝓciũ nõ petierit ultra terminũ ꝓdictũ: de ſuper eius mercede ꝓdicta: nõ audiatur ſed auctoritate ꝓſentis ſtatuti ꝓſũmatur ſibi ſolutum: ſi conducens uel eius heres iurauerit ſeu iurare uoluerit eidem debitam ſuam mercedem ſatiſfeciſſe.

De uallato & foſſa molendinoꝝ reparanda. rub. 31.

STatuerunt etiã ꝙ quãdocũqꝫ neceſſe fuerit reparare ſeu reſtaurare foſſam ſeu uallatum molendinorum Piſauri Poteſtas & ſeu eius Vicarius teneatur & debeat facere refici reſtaurari: & ſi expediens fuerit annuatim excaricari & dilatari foſſam & ſeu uallatum molendinorum ciuitatis Piſauri. Adeo & taliter ꝙ aqua poſſit libere labi & currere: & dictum uallatum ad minus ſemper & cõtinuo ſit & eſſe debeat latum & amplum per duodecim pedes in amplitudine & ſeu latitudine. In fonditate uero adminus per octo pedes: & dicta refectio & ſeu excaricatio debeat fieri per omnes & ſingulos homines ciues / comitatinos / habitatores incolas ciuitatis & comitatus Piſauri ſecundũ modum & ordinẽ ſolitum & conſuetum & ſuper huiuſmodi refectione teneatur & debeat dñs Poteſtas facere ꝙ per cõſiliũ ciuitaris eligantur in quolibet anno quo neceſſe fuerit fieri dicta excaricatio quatuor ſeu ſex homines & ſuperſtites: qui ſuperſint dicte

reparationi

reparationi qui faciant & curent ꝙ dicta foſſa ſit optime reparata & ſcaricata.

Quod nullus audeat auferri uicendam alteri. rub. 32.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus audeat uel præſumat auferre uicendam alicui in molendino qui primo portauerit frumentum in dicto molendino ſed poſſit & ualeat ille qui primo portauerit dictum frumentum in dicto molẽdino illud macinari facere: pœna quinq; ſol. pro quolibet qui uoluerit auferre dictam uicendam: & qualibet uice: quã etiã incurrere debeat molendinarius ſi dictã uicendam dare recuſauerit primo ueinenti.

Quid accipere poſſint molendinarii pro eoꝝ macinatura. rub. 33.

STatuerunt etiã ꝙ molendinarii poſſint accipere pro multura & ſeu macinatura frumenti per ipſos macinati ad rationem ſeptem librarum frumenti pro quolibet centenario ponderis dicti frumenti & nõ plus: & ad dictã rationẽ teneanť & debeant reſtituere dominis farinam ponderatã ſi ponderari contigerit: ſi autẽ ponderari nõ contigerit: tunc poſſint & ualeant dicti molendinarii accipere pro molitura unam menſurã de.xv.menſuris: uidelicet unam cazam pro quolibet toppo capacitatis.xv.cazaꝝ.

Quid poſſint accipere officiales ſup ſtateria cõmunis pro ponderãdo frumẽta comitatinoꝝ nõ ſoluentiũ põderationẽ frumẽti dicto officiali. rub. 34.

FIrmiter ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ officialis ſuper datio ponderationis frumẽti teneatur & debeat quandocũq; requiſitus fuerit a comitatinis Piſauri nõ ſoluẽtibus datium ponderationis frumenti prout ſoluunt ciues & habitantes in ciuitate & curte Piſauri: quod frumentum debeat ponderare: illud teneatur ponderare fideliter & ſine fraude aliqua: & pro mercede dicte ponderationis non poſſit nec ualeat accipere ultra unum quatrenũ pro qualibet uice: ſi frumentum ponderatum nõ excederet centũ libras: ſi uautẽ excederet poſſit accipere quatrenos duos pro quolibet ſacco frumẽti & nõ ultra: pœna & bãno decẽ ſol. pro qualibet uice: intelligẽdo qď dictũ quatrenũ uel dictos duos quatrenos poſſit accipere pro duobus ponderationibus: uidelicet una facta de frumento: alia uero de farina facta ex dicto frumento.

De premio edificantium domos de nouo in ciuitate Piſauri. rub. 35.

STatutum eſt etiã ꝙ quicunq; cuiuſcunq; conditionis exiſtat uoluerit in dicta ciuitate edificare aliquam domum cauſa locandi ad penſionem & ad penſionis uſum manutenendi uel pro ſe habitandi in caſu quo aliud domicilium nõ haberet: ſi ipſa domus cõſtructa fuerit in longitudine uiginti pedum ſumiſſaꝝ & latitudine quindecim pedum: & etiã murorum ambitu fuerit undiq; munita habeat a cõmune Piſauri de ere & pecunia dicti cõmunis decem libras ꝗ. ſibi per depoſitarium communis integre perſoluendas: ac etiã prout Illuſtriſ. Dominus in præſenti gratioſe diſpoſuit duo miliaria laterum habere debeat ab eodem Illuſtriſ. Domino nomine & occaſione ſubſidii edificii dicte domus: cuius tamen domus conſtructio debeat ad debitam perfectionem deduci in terminũ ſex menſium a die ſubuẽtionis exhibiti ac recepti ſubſidii cõputandos: qď ſi nõ fecerit conſtruens teneať dictam ſubuentionẽ reſtituere tam præfato Domino ꝗ̃ cõmuni ſtatim cũ fuerit requiſitus poſt lapſum termini aſſignati niſi forſitan iuſto talis conſtruens impedimẽto fuerit impeditus: cuius quidẽ impedimenti cauſa per duos bonos uiros ad hoc ſuperſtites eligendos per cõſiliũ cõis Piſauri diſcuti debeat & cognoſci: & quũ de tali iuſto ipedimẽto fuerit ipſis ſuperſtitibus liquide demonſtratũ: tũc eis liceat

dictũ terminũ prorogare prout eis inſpecta qualitate totius negocii uiſum fuerit fore iuſtum: dum tamen finis ſupradicti termini primum nõ excedat: & dictus terminus ſic prorogatus extunc ſit peremptorius: nec poſſit amplius prorogari: ſed eo elapſo reſtitutio de facto fieri debeat ut ſuperius eſt expreſſum: & ſimiliter ille qui aliquã ſuã canipã uoluerit in uſu habitationis cauſa penſionandi & locandi penſionem conuertere & loco ipſius canipe ſic conuerſe de nouo contraxit aliam domũ pro uſu canipe habeat & habere debeat ſubſidium antedictum: dum tamen ea domus ſit longitudinis & amplitudinis ſuperius declarate: & perfici debeat infra dictum terminum tam p̄fixum q̄ prorogandum & cũ reſtitutione antedicti ſubſidii ob defectũ operis nõ perfecti prout ſupra diſtincte prædicitur ſingula ſingulis congrue referendo.

De pœna reducẽtiũ ad uſum canipæ ſeu ſtabuli domos habitabiles. ru. 36.

ITem ſtatuerunt ꝙ nulla domus poſita in ciuitate Piſauri quæ præſentialiter habitatur uel alias habitata fuiſſet per proprios dominos uel cõductores: poſſit uel debeat per aliquẽ de cætero conuerti uel diſponi ad uſum canipæ uel pro canipa uel ad uſum ſtabuli uel pro ſtabulo quoquomodo: ſub pœna decem lib. ℞. pro quolibet cõtrafaciente: & uice qualibet de facto & ſine aliqua remiſſione perſoluẽda: & nihilominus ſtatim ipſa domus reduci debeat & diſponi ad uſum priſtinum habitãdi ſub dicta pœna /a/ domino dicte domus totiens exigenda quotiens deliquerit in prædictis.

De premio cõuertentiũ canipas ad habitandum. rub. 37.

STatuerunt etiã ꝙ ſiquis comitatinus habẽs aliquam domum in dicta ciuitate qua pro uſu canipæ præſentialiter potiatur: ſi illam domũ in uſu familiaris habitaculi conuertendam duxerit & pro habitando locauerit: eſſe debeat exemptus & immunis omnibus oneribus & expenſis murorum dicte ciuitatis ſibi pro dicta domo imponenda poſtquam illam pro habitando locauerit/ ut præfertur. Et hoc per duos annos.

De premio forenſi qui edificare uoluerit. rub. 38.

ITem ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ ſiquis forenſis habitator ciuitatis prædicte/ ſeu qui de nouo in ea ad habitandum uenerit nõ habens domicilium domum ſiue caſalinum in ea/ & uoluerit domum pro ſuo habitaculo in dicta ciuitate edificare & cõſtruere ꝙ omnimode per ſuperſtites/ qui pro tempore fuerint aſſignetur concedatur pro iuſto precio terrenum ſiue caſalinum quod eſſe debeat in ſpacio longitudinis uiginti pedum ſumiſſarum & amplitudinis quindecim pedum huiuſmodi in eo loco ciuitatis qui declaratus fuerit per ſuperſtites antedictos & pro ipſius domus conſtructione & edificio talis forenſis habeat decem lib. raueñ. & duo miliaria laterum: ut ſuperius in præcedentibus ſtatutis plenius eſt expreſſum cum aſſignatione termini uel terminorum infra quẽ/ ſeu quos conſtructio huiuſmodi conſumetur: hoc tamen excipientes expreſſe ꝙ forẽſis quilibet poſſit dictas domos cõſtruere & edificare abſq; eo ꝙ ſint muris undiq; munite: ſed ſolum in colũnis lapideis edificate creta: & cuppis coperte ſint tecta: liceatq; eis dictas domos ita parietibus fulcire/ ꝙ ad uſum cõpetentis habitaculi illas ſufficere dignoſcat'. Et ſil̃r pro iuſto p̄cio detur cuilibet ciui uolẽti edificare ut ſupra de territorio cõis quod eſt in paduli: dum tñ locus tiratorii pãnorum nullatenus impediatur: ſed conſignetur ſecundum prouiſionem ſuperſtitum prædictorum.

De officio

De officio ſuperſtitum electoꝝ ſuper domibus nouiter cōſtruēdis. rub. 39.

STatutum eſt etiā ꝙ quolibet anno de menſe Ianuarii in conſilio generali eligant̃ & deputentur duo prouidi in ſuperſtites exequtores omniū præmiſſoꝝ in præcedentibus capitulis & dependentibus ab iiſdē: qui ſic electi in principio eoꝝ officii iurare debeant diligenter circa præmiſſa uacare exequi & attendere omni affectione prece precio & odiis ꝑtermiſſis. Ita ꝙ ꝑdicta oia penitus obſeruent̃ & exequant̃. Et Poteſtas dicte ciuitatis & ſui officiales qui pro tēpore fuerint teneant̃ uinculo ſacramenti ad oēm ipſoꝝ ſuperſtitum ſiue alterius eoꝝ petitionem & requiſitionem in hiis ſemper adeſſe fauoribus & auxiliis opportunis ad faciendum & exequendū & fieri faciendū per quoſcunq; huiuſmodi tanget negociū omnia quæ fuerint iniuncta & mandata pro expeditione operis iminentis taliter aſiſtentes cū debitis & opportunis cohertionibus & pœnaꝝ exactionibus ꝙ prædicta in dictis capitulis contenta in his & circa ea: quarum caſus emerſerit per illos ad quos ſpectabit efficaciter impleantur. Item ꝙ quicūq; ciuis uel forenſis uolens contrahere domum aliquā pro cauſis ſuperius declaratis ſingula ſingulis referēdo illam cōtraxerit amplioris ſpacii eo quo ſupra declaratum eſt: dum tñ tale ſpaciū ſit perfectū & integrum & amplitudine & latitudine ſuperius declaratis habeat & hr̃e debeat prouiſionē & ſubſidiū antedictū pro ſingulo ſpacio pro ſingula quātitate domus: quā cōtraxerit ut ꝑfert̃ quantacūq; fuerit domus hm̄oi cōſtruenda.

De pœna nō cocedētiū ad naulū domos cōſuetas locari ad naulū. ru. 40.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſiquis habet domū aliquā ad uſum locandi ad penſionem conſtructā uel cōſtructas ſiue in eū uſum cōuerſam uel cōuerſas & requiſitus fuerit ab aliquo uel aliquibus uolentibus eā uel eas cōducere teneat̃ illā uel illas pro cōpetenti precio & penſione tali requirenti uel requirentibus locare ſub pœna decē libraꝝ ꝛ. de facto & ſine diminutione aliqua exigenda tociens quociens talis requiſitus denegauerit locationē ipſam facere. Hoc tamen addito ꝙ ſi dn̄s talis domus conſuete locari indigeret ea pro ſuo uſu ex cauſa neceſſaria & de nouo emergenti poſſit talem domū licite pro ſuo uſu retinere & an eū ſit iuſta uel nō/ ſit in arbitrio & declaratione Poteſtatis.

Quod quilibet poſſit habere traſannam uel porticum ſecundum modum infradictum. rub. 41.

STatuerunt etiā ꝙ quilibet habēs uel qui habere uoluerit traſannā ſeu porticū ſiue ſpaltū ſuper uiis publicis: & maxime ſiligatis in ciuitate piſauri uel eius burgis uel in aliis locis quā uiis cōtētis in ſtatuto ſupra in tertio libro. 156. capitulo ipſam traſannam porticū ſiue ſpaltū leuare in altū teneat̃ uerſus cœlum nouē pedibus ad pedem cōmunis hominis adminus: ſi dictā traſannā porticū ſiue ſpaltū de nouo facere uel antiquā leuare uoluerit. Nihilominus tam ueterē ꝗ nouā quilibet teneatur habere liberā & exobligatā tenere: ſaluo qđ bancham cauſa ſedendi ualeat ibi hr̃e ante domū ſuam & contrafaciens in uiginti ſol. rauen̄. cōmuni condēnetur pro uice qualibet de quibus medietas ſit accuſatoris & in credentia teneat̃. Qui uero traſannā de nouo uel aliquod prædictorum facere uoluerit uel antiquam de nouo facere uoluerit ſi ad dictam altitudinem uel menſuram nouem pedum ceſſauerit & in decem libris rauen̄. cōmuni condēnetur & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatem bāni & ſimiliter in credentia

teneatur ad dictam eleuationē faciendā ſiue habendam infra terminum per Poteſtatē uel Iudicem ſtatuendum quo termino elapſo dictus Poteſtas ſacramento teneatur deſtrui facere talem traſannam porticum ſiue ſpaltum: & ꝙ Poteſtas uel Rector aliꝰ ciuitatis inquirere de prædictis uinculo ſacramenti menſe quolibet teneatur & ſi facere prætermitteret de ſuo ſalario cōmuni Piſauri tempore ſui ſyndicatus quinquaginta libras rauēn. ſoluere teneatur.

Quod magiſtri lignaminum & muratores non diſcedant ab opere poſtquam incœperint. rub. 42.

Firmiter ſtatuerūt ꝙ magiſtri lignaminū/& muratores qui incœperint aliqđ opus alicuius hominis nō liceat eis ab ipſo opere diſcedere cauſa laborandi alibi quouſqꝫ dictum opus nō fuerit completum: ſine licentia eius cuius fuerit laboreriū: dūmodo neceſſaria ille cui laborari incœperit ſibi pſtet. Et qui cōtrafecerit ſoluat nomine bā ni. xl. ſol. ꝗ. & quilibet poſſit accuſare: & habeat medietatem banni.

De mareſchalchis & fabris. rub. 43.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus faber mareſcalcus ſeu ferrator ciuitatis & comitatus Piſauri qui ferripendādo claudauerit equū aſinū uel aliquod animal pp quā claudaturam ille cuius fuerit dictus equus uel aliud animal exercere nō poterit facta ſua cum dicto aiali claudato/ talis mareſcalcus faber ſeu ferrator teneať mederi tali aiali claudato ſine precio uel lucro tam de magiſterio ꝗ de medicinis ſiue medicaminibus. Et Poteſtas ſeu Iudex/ & quilibet alius officialis facere obſeruari prædicta teneanť ſi a mariſcalco uel ferratore fuerit cōtrafactū ſine figura iudicii. Si uero mariſcalcus ꝑdictus ſiue ferrator nō liberauerit tale animal claudatū infra octo dies poſtquā incœperit ipſum medicare teneatur & debeat omne dānum quod dominus animalis dixerit incurriſſe uel currere poſſe iuridica taxatione a iudice fienda ſatiſfacere & hoc fiat ſummarie ſine ſtrepitu & figura iudicii & porrectionem libelli.

De ſprocanis. rub. 44.

STatuerunt ꝙ quilibet uolens artem ſprocanie facere & exercere in ciuitate Piſauri poſſit eam libere exercere: dūmodo teneatur & debeat quolibet anno de menſe Auguſti tēpore quo fiat proclamatio ex parte officialis gabelle/ꝙ quicūqꝫ uoluerit dictum miniſteriū exercere corā dicto officiali uel eius notario cōparere & facere ſe ſcribi & profiteri ſprocanarie officiū exercere uelle pro anno ſequenti & iurare ad ſancta dei euangelia tactis ſcripturis bene & legaliter exercere officium ſprocanarie: & omnia & ſingula obſeruare: quæ in ſtatutis loquentibus de ſprocanis cōtinentur. Et fideiuſſorem legitime dare de obſeruantia prædictoꝝ: & qui aliter artem ſprocanarie exercebit ſoluat cōmuni nomine bāni decem lib. ꝗ. pro qualibet uice: & cuilibet comperat accuſatio & habeat medietatem bāni: & ſtetur ſacramenro ſuo & eius nomen teneatur in ſecretum: quæ iuramenta promiſſiones & ſatiſdationes ſcribi debeant per notariū gabelle in uno libro de per ſe: qui Notarius accipere poſſit pro ſuo ſalario & mercede duos ſoldos rauēn. & non ultra pro quolibet prædictorum facientium ſe deſcribere. Qui notarius teneatur & debeat dictum librum exibere tociens quociens opus fuerit pœna quadraginta ſol. rauēn. pro qualibet uice.

Quod

Quod ſprocani ſint in ciuitate duodecim & nõ plures. rub. 45.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi contigerit plures ſe ſcribi facere & profiteri ſe uelle ſprocanarie exercere officium : non ſint plures duodecim ex prædictis qui dictum officium exercere habeant in dictã ciuitate Piſauri a ꝑdicto uero numero duodecim ſupra nullus poſſit exercere dictum officium.

Quod nullus forenſis poſſit emere uinũ ſine ſprocano. rub. 46.

STatutum eſt etiã ꝙ nullus forenſis cuiuſcunq; condictionis exiſtat audeat uel præſumat emere uinum in ciuitate uel comitatu Piſauri ſine ſprocano pœna uiginti quinq; librarũ pro qualibet uice; Ciuis uero uel comitatinus habitator dicte ciuitatis uel comitatus poſſit pro ſuo uictu tantum ſine ſprocano libere emere. Si uero cã mercantie ſine ſprocano nõ poſſit emere pœna & banno ſupradictis pro quolibet contra faciente & qualibet uice: & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatẽ bãni & credatur ſuo ſacramẽto cũ uno teſte & eius nomen teneatur in credentia.

De modo & forma in buſſulandi ſprocanos. rub. 47.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus uolẽs emere in ciuitate Piſauri uinũ poſſit uel ualeat aliquẽ ex deputatis ad officiũ ſiue artẽ ſprocanarie exercendũ in ciuitate Piſauri eligere ſibi pro libito uoluntatis ſue. Sed de ſprocanis ſic electis ut in ꝑcedentibus capitulis ſcriptũ eſt fiant.xii.breuia & ponanẽ in uno buſulo. & cũ uenerit uolẽs emere uinum corã officialibus gabelle uel eius notario uolens ſprocanũ ſibi aſſignari: tunc dictus officialis uel eius notarius debeat unũ ex dicto buſſulo extrahere & prout ſors cõtigerit & ſi talis ſic primo extractus nõ eſſet in ciuitate uel eſſet ipeditus aliquo impedimento propter quod non poſſit ſeruire mercatori uel uolenti emere: tunc talẽ breue reponatur in buſſulo & aliud extrahatur donec ſit extractus unus qui ſit in ciuitate & nõ impeditus & eo caſu talis ſprocanus extractus ponatur in alio buſſolo donec numerus.xii.fuerit cõpletus. Itaq; ꝙ quilibet ipſoꝝ ſua uice dictũ officiũ habeat exercere Quæ duo buſſula cõtinuo debeant penes officialem gabelle permanere.

Q đ nullus audeat ire cũ ſprocano dũ uadit ad emẽdũ niſi uẽditor. ru. 48.

STatuerunt etiã ꝙ ſprocanus qui extractus fuerit, & aſſignatus mercatori in locis ꝯgruis & opportunis & oſtẽdi facere uina teneaẽ: q̃ dictus mercator emere uellet: & ꝙ nullus habitator ciuitatis uel comitatus Piſauri poſſit uel debeat ire cũ dicto mercatore excepto ſprocano ſibi aſſignato & principali cuius mercator uinum emere uellet pœna & bãno pro quolibet & qualibet uice.xl.ſol.ꝟ.ſine remedio pacis. Et ſi contigerit aliquẽ ire ſprocanus teneatur & debeat dicere tali eunti pœnam in quam incurrit talis uadens pœna & bãno dicto ſprocano nõ denuncianti.xl.ſol.ꝟ. Addiciẽtes ꝙ precium cõuentũ pro uino ſoluatur integrũ per emptores nõ obſtante aliqua cõſuetudine niſi expreſſe inter partes ſit aliter actum.

Quod quodlibet caſtrũ comitatus Piſauri habeat unũ ſprocanũ. rub. 49.

ITem ſtatuerunt ꝙ quodlibet caſtrũ ciuitatis Piſauri habeat & habere debeat unũ ſprocanũ: qui teneatur & debeat iurare, & promittere ac fideiubere corã officialibus gabelle, uel eius notario prout ſupra in ſprocanis dictum eſt & ſoluere dicto notario gabelle pro ſuo labore, & mercede duos ſoldos ꝟ. ut ſupra in primo.

Quod qui emere uoluerit uinũ in comitatu hẽat ſprocanũ loci. rub. 50

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi contigerit aliquẽ cauſa mercãtie uel cauſa extrahendi de ciuitate uelle emere uinũ in comitatu ꝙ debeat ſibi dari & aſſignari ſprocanus illius loci ſeu caſtri ad quod accedere uellet cauſa emendi uinum. Et ſi contigerit dictum mercatorẽ uelle ſimul cum ſprocano dicti caſtri aliquẽ ex ſprocanis ciuitatis debeat ſibi dari unus ex ſprocanis ciuitatis per ſortem ut ſupra: nõ diminuendo tamen ſalariũ dicti ſprocani dicti caſtri ſibi alias debitum.

Q đ ſprocani de comitatu nõ poſſint ſe exercere in eoꝝ offĩtiu in ciuitate. ru. 51.

STatutum eſt etiã ꝙ nullus ſprocanus comitatus poſſit uel ualeat uendi facere uinum cõductũ in ciuitate & burgis Piſauri poena xl. ſol. ꝟ. pro qualibet uegete quã uendi faceret: & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatem banni.

Quod accipere & habere debeant ſprocani pro eoꝝ mercede. rub. 52.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſprocani tã ciuitatis ꝗ comitatus Piſauri nõ poſſint uel debeãt accipere per ſe uel aliũ directe uel indirecte aliquo q̃ſito colore aliquã pecunie quãtitatẽ uel aliquã aliã rem dono uel mercede ſua niſi duos ſol. ꝟ. pro qualibet uegete ab emptore tñ poena & bãno decẽ lib. ꝟ. pro quolibet & qualibet uice: & cuilibet cõpetat accuſatio: & habeat medietatẽ bãni & credatur ſuo ſacro cum uno teſte.

Quod ſprocani teneantur adinuicẽ cõmunicare lucrata. rub. 53.

STatuerũt ẽt ꝙ oẽ ſalariũ qđ cõtingeret ſprocanis ciuitatis Piſauri hr̃e a ſuis mercatoribus pro ſuo labore & mercede debeat iter ipſos. xii. ſprocanos ꝯferri & cõicari: Ita ꝙ unus plus altero nõ hẽat nõ obſtãte ꝙ habuerit maiorẽ uel plures merchatores.

Q đ ſprocani nõ poſſint aliquo mõ ſocietatẽ cõtrahere in uino emẽdo. ru. 54.

ITẽ ſtatuerunt ꝙ nullus ſprocanus de ciuitate uel comitatu Piſauri audeat uel ꝓſũmat ꝑ ſe uel aliũ directe uel indirecte aliquo colore q̃ſito ptẽ uel ſocietatẽ hr̃e in uino emẽdo. Nec forũ pro aliquo facere/ niſi emptor fuerit ibi pñs: & qui cõtrafecerit ſoluat nõie bãni pro qualibet uice. xx. lib. ꝟ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni: & nomẽ eius teneat̃ in credẽtia & credatur etiã ſingularibus teſtibus.

Quod ſprocani nõ poſſint emere uinum niſi pro ſuo uſu tantũ. rub. 55.

STatuerunt etiã ꝙ nullus ſprocanus audeat uel præſũmat emere uinum pro ſe niſi pro ſuo uictu tantum poena & banno uigintiquinꝗ librarum ꝟ. & cuilibet competat accuſatio: & habeat medietatem banni.

Q đ quicunꝗ fecerit ſocietatẽ de uino debeat ſoluere ſprocanis. rub. 56.

ITem ſtatuerunt ꝙ quilibet ꝗ faceret ſocietatẽ cũ aliquo/ & in dicta ſocietate poneret uinum recollectum ex ſuis poſſeſſionibus debeat ſolui ſprocanis per ſociũ pro parte contingente ipſi ſocio non obſtante ꝙ in dicta collatione & contributione dicti uini nõ fuerit acceptus aliquis ſprocanus per ipſum ſocium cui dictum uinum fuerit collatum ſiue cõmunicatum.

Quod nullus poſſit ire in comitatu ad faciendũ uinũ uendere. rub. 57.

STatuerunt & ordinauerunt ꝙ nullus ſprocanus nec aliqua alia ꝑſona audeat uel præſummat ire in comitatu Piſauri ad faciendum uinum alicui forenſi ſine mercatore ſiue forenſe emere uolente: & qui contrafecerit ſoluat nomine banni pro uice qualibet quadraginta ſol. ꝟ. & cuilibet competat accuſatio & habeat medietatem bãni & eius nomen teneatur in credentia.

Infra

Infra quantum tempus emptor uini teneatur ſoluere precium: & quantum tẽpus poſſit retinere uinum in canipa. rub. 58.

ITem ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis emerit uinũ a ciue/comitatino uel habitatore ciuitatis & comitatus Piſauri debeat uinũ emptũ accipere/& ꝓciũ ſoluere. Et ſi arras dederit & uinũ dimiſerit penes uẽditorẽ uel clauẽ eleuauerit ꝙ dictus emptor teneat̃ precium ſoluere infra menſem a die emptionis facte. Qua ſolutione precii facta liceat tali emptori retinere uinũ uſq; ad kl'as mẽſis Auguſti. Si uero preciũ nõ ſoluerit infra dictum menſem liceat uenditori ipſo menſe elapſo ipſum uinum uendere cuicunq; uoluerit. Et ſi plus uendiderit cedat lucro uenditoris. Si uero minus uendiderit teneatur emptor uini uenditori ſummarie & ſine figura iudicii: & ſine ſcriptura aliqua dare tantũ quantũ minus uenditum fuerit/& arras amittat applicandas uenditori ſaluis pactis ſuper prædictis habitis inter emptorem & uenditorem: quæ debeant obſeruari probandis per alios/q̃ per ſprocanos.

Quod emptor uini teneatur uenditori ꝓcium uini ſoluere. rub. 59.

STatutum eſt etiã ꝙ ſi aliqua perſona & maxime in comitatu ꝙ ille cuius noĩe uinũ emptũ fuerit teneat̃ dictũ uinũ incõtinẽti cũ ſibi apportatũ fuerit accipere: & ꝓciũ ſoluere ſi cõfiteat̃ ipſum uinũ pro ipſo emptũ fuiſſe/nõ obſtante ꝙ ipſum uinum apportatũ ſibi diſpliceat. Si uero eum nõ acceperit ut dictũ eſt teneat̃ dare uenditori omne dãnũ expenſas & intereſſe quod dictus uenditor ſuo ſacramento dicere uoluerit. Si uero negauerit mandaſſe emptorẽ fieri uel ſuo nomine emptum fuiſſe ꝙ emptor/ſeu qui merchatum fecerit teneatur uenditori precium dicti uini dãna & intereſſe & expenſas dare ſecundũ ꝙ per ipſum iuratum fuerit & in ꝓdictis ꝓcedatur ſũmarie: & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii & obmiſſa omni ſcriptura & incõtinenti.

De hoſpitatoribus & tricolis nõ debentibus emere ante nonas. rub. 60.

ITem ſtatuerunt ꝙ nullus tricolus & hoſpitator per ſe nec per interpoſitã pſonam audeat nec ꝓſũmat emere caſeũ/oua/pullos/uel caprettos anſeres uel alia animalia uſq; ad horã none: & qui cõtrafecerit ſoluat pro bãno uice qualibet decẽ ſol. ꝑ. & cuilibet cõpetat accuſatio & habeat medietatẽ bãni/& credatur ſacro accuſatoris.

Quod calzolarii nõ debeãt pelles in ſepo mixto madrare. rub. 61.

STatuerunt etiã ꝙ calzolarii uel alia perſona nõ audeat per ſe uel aliũ ſepum cum graſſia pro madrando pelles miſcere uel cũ dicto ſepo imiſto cũ graſſia pelle mandrare: & qui contrafecerit ſoluat nomine bãni pro qualibet uice .xl. ſol. ꝑ. Et nõ debeat unum curamẽ pro alio curamine dare pœna prædicta.

De immunitate Aduocatorum & Medicorum: & quid Medici recipere poſſint pro eorum mercede. rub. 62.

ITem ſtatuerunt ꝙ Aduocati & Medici ciuitatis Piſauri artẽ aduocationis & medicine exercẽtes ſint imunes/& imunitates habeãt a cuſtodiis & ab oĩbus laboreriis cõmunis & ab oĩbus factionibus pſonalibus. Et ꝙ Aduocati ꝓdicti teneantur cõſulere Poteſtati in facto cõmunis qñ fuerint requiſiti inſtrumenta ſyndicatus & appellationes pro cõmuni quando opus fuerit abſq; precio dictare teneantur. Medicis uero ſalariatis a commune Piſauri ſeruentur pacta: quæ habent cum commune Piſauri: & nihilominus ſi tales Medici ciues fuerint habeant dictam immunitatem. Si uero Me-

dici ſalariati nõ eſſent in ciuitate Piſauri: tunc medici phiſici ciues teneant̃ & debeant ſaltẽ uiſitare duabus uicibus ſine ꝑcio aliquo quẽlibet infirmũ ad petitionẽ cuiuſlibet: & eidẽ ſalubre cõſiliũ impartiri in ciuitate Piſauri: & idem in comitatinis infirmis uenientibus ad ciuitatẽ & nõ uenientibus ad ciuitatem uidere ſuum ſignum ſaltem duabus uicibus & eiſdẽ cõſulere ut dictum eſt. Medici uero Ciruſici. Si aliquis Ciriſicus ſalariatus nõ fuerit per cõmune in ciuitate prædicta pro ſanitate cõſeruanda teneantur & debeãt quẽlibet infirmũ ſaltẽ ter uidere & curare de infirmitatibus ipſius ſine ꝑcio aliquo ad petitionẽ cuiuſlibet. Medici uero Phiſici pro infirmitate quæ durare poſſet uſq; ad menſem/ſi ſalariati nõ ſint a cõe uero non poſſint recipere ultra tres libras ꝶ. ſi infirmitas duraret ultra uſq; ad ſex menſes non poſſint accipere ultra centum ſol. ꝶ. Et abinde uero ſupra arbitrio Poteſtatis ſalariũ accipiãt. Medici uero Ciruſici pro infirmitate duratura per unũ mẽſem accipere poſſint uſq; ad tres libras ad plus. De infirmitate uero ultra dictũ tẽpus duratura q̃tũcunq; accipere nõ poſſint ultra cẽtũ ſol. ꝶ. Et ſemper teneant̃ oẽs medici ꝑdicti infirmos curare pro ſalariis ꝑdictis expenſis medicinaꝶ ſoluẽdis ab ĩfirmo pœna decẽ lib. ꝶ. pro quolibet dictoꝶ medicoꝶ cõtrafaciẽtiũ: pauperes uero infirmi curentur a quolibet ꝑdictoꝶ medicoꝶ gratis de dicta paupertate arbitrio Iudicis relinquẽda. Oẽs medici uolẽtes cõſequi imunitates ꝑdictas approbentur pro medicis a Poteſtate ciuitatis Piſauri & aſcribantur per cancellarium cõmunis cum medicis phiſicis per ipſum eligendis: & qui nõ fuerint approbati dictis immunitatibus nõ gaudeant. Medici uero nõ approbati & aſcripti ut dictum eſt ſalariũ aliquod nõ percipiant etiã cõuentum niſi decretum a Poteſtate uel eius iudice cui ſtatuto renunciari non poſſit.

Quid accipere debeãt medici ſalariati ſi iuerint in comitatũ. rub. 63.

STatuerũt ẽt ꝙ ſi aliquis medicus tam phiſicus/q̃ ciruſicus ſalariatus a cõe Piſauri iuerit ad curã alicuius ciuis uel comitatini aut ꝯtinuo hitatoris in comitatu Piſauri/ꝙ licite pro ſuo labore & mercede accipere poſſit ſol. xx. ꝶ. Et ſi illic ꝑnoctauerit & ſequẽti die reuerſus fuerit ad ciuitatẽ Piſauri ꝙ etiã pro dicto die alios. xx. ſol. accipere poſſit: & ultra ꝑdicta qui pro eo ꝑmiſerit ſoluere teneatur dicto medico uecturã pro duobus rõzenis ac expẽſas uictus ipſius medici famuli & equoꝶ facere. Ita tñ ꝙ ſi pluribus diebus ꝑmãſerit ad curã dicti infirmi pro ſingulis diebus hr̃e debeat ſol. xx. & uecturas & expenſas ut ſupra. Si uero medicus iuerit in ueſperis & nocte ibi ſteterit & alia ſequẽti die redierit ſolum. xx. ſol. accipere poſſit & nõ ultra: habere tñ debeat uecturas & expẽſas ut ſupra. Et ſi in loco ad quẽ dictus medicus eſſet uocatus plures eſſent alii infirmi: & requiſitus ab illis de uiſitatione fuerit/teneatur dictus medicus gratis uiſitate curare & mederi abſq; aliqua mercede ab ipſis recipienda/niſi ſolũ illa quæ licite percipere põt ab eo qui pro eo miſit: ſaluo niſi ille qui pro eo primo miſiſſet poſt primã uel ſecundã ulteriorẽ diẽ diceret nolle eum amplius ſtate ſuis ſumptibus expẽſis & ſalario: & alius in dicto loco infirmus diceret ꝙ pro eo remaneret. Quo caſu tunc licite accipere poſſit ab eo pro quolibet die: quo ibi remaneret ſol. xx. ꝶ. pro quolibet die quo ſtaret: & remaneret & expenſas ut ſupra. Et ſi aliquis medicus repertus fuerit in ꝑdictis uel aliquo ꝑdictoꝶ cotrafacere uel uenire ſoluat noie pœnæ decẽ lib. ꝶ. cõmuni Piſauri pro qualibet uice: & poſſit de prædictis a quolibet accuſari: & accuſator tertiã partem pœnæ habere debeat/ſi accuſationem poterit probare.

De iudiciis dandis per medicos gratis. rub. 64.

STatutū eſt ēt ꝙ medici ſalariati cōis Piſauri teneant̄ & debeāt ſub pœna.x.lib.ꝫ. pro quolibet quotiēs fuerint requiſiti per Poteſtatē uel aliū officialē cōis ex eoꝝ officio ad petitionē cuiuſcūq; iudicare ac deponere qđ ſuo iudicio uidebit̄ de cōualeſcentia uel mortis periculo alicuius uulnerati gratis: & dictū ſuū iudiciū ſub ſacri uinculo pſtare & deponere ſine aliq̄ mercede uel ſalario pcipiēdo a cōi uel alia priuata pſona.

Q đ medici debeāt ire ad īfirmū nō obſtāte ꝙ habeat aliū medicū. ru. 65.

ITem ſtatuerūt ꝙ quilibet medicus ad petitionē cuiuſlibet ire debeat ad quēlibet infirmū nō obſtāte ꝙ habeat dictus infirmus aliū medicū in ſua cura pœna.xxv. lib.ꝫ. perſoluēda /a/ quolibet cōtrafaciente: & ꝙ quilibet medicus & ſpeciarius eius ire poſſit decenter ſine armis cū lumine ad uidendum & curandum infirmū: & ꝙ familia egrotātis cum lumine poſſit ire cū medico & ſine medico dicta de cauſa impune.

Quod quilibet medicus teneat̄ dicere infirmo ut debeat cōfiteri. rub. 66.

STatuerunt etiā ꝙ quilibet medicus de ciuitate & diſtrictu Piſauri qui pro tpe fuerit uocatus ad curā alicuius infirmi/in prima uice qua infirmū uiſitauerit teneatur & debeat admonere infirmū ut penitentiā aſſumat & teſtm̄ cōficiat pœna centū ſol. pro quolibet cōtrafaciēte aſerēdo dicto īfirmo ꝙ ex forma ſtatuti cōis Piſauri neceſſitas ſibi incūbit pdicta facere & obſeruare: & aſſerat quod inhibitū eſt ꝙ ad dictū infirmū curandū nō īadat niſi pdicta obſeruet: cū effectu: & ꝙ Poteſtas quolibet anno teneat̄ ſacramentū dare dictis medicis de obſeruanda cōtenta in pſenti ſtatuto.

De exēptione & imunitate nouoꝝ ciuiū uenientiū de nouo ad hitādū. ru. 67.

FIrmiter ſtatuerūt ꝙ oēs & ſinguli forēſes uenientes de nouo ad habitādū cōtinue in ciuitate uel comitatu Piſauri uel ad pſens habitātes cū eoꝝ familiis ſi quas habent in ciuitate uel comitatu Piſauri ſi artifices fuerint exemptionē.xv. annoꝝ habeāt ab oībus factionibus pſonalibus /a/ die quo habitare īceperint inchoādo. Et ꝙ hæc exēptio ſeruet̄ his pciſe abſq; diminutione uel fraude. Et inſuper oēs ipſoꝝ res maſſaritias poſſint cōducere ſine ſolutione alicuius datii uel gabellæ. Nō tñ hoc ſtatutū habeat locum in his qui alias fuerint ciues uel eorum anteceſſores ciuitatis & comitatus Piſauri. Hoc tñ addito ꝙ ſi poſt dictū tēpus malitioſe uoluerint diſcedere /a/ dicta ciuitate ſeu comitatu: ꝙ tunc & eo caſu non poſſint diſcedere niſi primo ſatiſfecerint cōi de oibus imunitatibus per ipſos perceptis per tempus & ſeu tempora quæ habitauerint.

Quod priuilegium de nō ſoluendo collectas nō ualeat. rub. 68.

ITem ſtatuerunt ꝙ omne priuilegium cōceſſum alicui de collectis de poderibus nō ſoluēdis ipſo iure nullā obtineant firmitatē: niſi priuilegiū haberet /a/ cōmune.

Q đ ſcholares & clerici ſint exēpti /a/ datiis & gabellis pro rebus. rub. 69.

STatutū eſt etiā ꝙ oēs ſcholares tā ciuitatis q̄ comitatus Piſauri undecūq; fuerint ac etiā oēs rectores & officiales qui occaſione ſtudii uel notarie & officii de ciuitate uel comitatu Piſauri exirēt uel aliunde exiſtētes trāſirent per ciuitatē & comitatum Piſauri. Similr̄ religioſi & clerici oēs tā de ciuitate & comitatu Piſauri q̄ aliūde exeuntes uel ptrāſūtes per dictā ciuitatē uel comitatū nō teneant̄ ſoluere datia gabellas uel paſſagia pro libris/ueſtibus/pānis & aliis arneſiis quæ cōducerēt in ciuitate uel comitatu Piſauri uel extraherēt uel extrahendo portarent pro eoꝝ uſibus & neceſſitatibus in dorſo peris ualliſiis/ſalmis uel ballis per mare uel per terrā quoquomodo in eūdo & redeundo: dūmodo tales non ſint ꝙ tales res: quæ ueriſimiliter uideantur eſſe uenales uel

mercales/aut in quibus fraus cõmitteretur quod arbitrio officialis gabelle relinquatur.

De exemptione & imunitate nouorum laboratorũ & ſeu agricultoꝝ uenientiũ de nouo ad habitandũ in ciuitate & comitatu Piſauri. rub. 80.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ omnes & ſinguli agricultores & ſeu laboratores forenſes uenientes de nouo ad habitandum familiariter & cõtinue cũ ſuis familiis ſi familias habere contigerit in ciuitate Piſauri & ſeu eius curte ac toto eius comitatu ac territorio: exemptionẽ per decẽ annos habere debeant ab oibus factionibus perſonalibus: inchoãdo /a/ die quo habitare inceperint. Et nullus officialis dicte ciuitatis aut comitatus poſſit aut ualeat uigore pſentis ſtatuti ipſos ſeu quẽlibet ipſoꝝ quoquo modo grauare aut moleſtare: ſub pœna.xl.ſol.ꝝ. ꝓ q̃libet uice qua ipſos uel quẽlibet ipſorum grauauerit aut moleſtauerit pro dimidia applicãda camere & alia dimidia ipſi grauato: & dicto officiali auferenda: poſſintq; & ualeant dicti laboratores quãdo uenerint & deinde etiã per unũ annũ: oẽs ipſoꝝ res ac maſſaritias ac bona oia conducere in dicta ciuitate ſeu territorio eiuſdẽ ſine ſolutione alicuius datii ſeu gabellæ. Declarantes ſimiliter ꝙ ſi poſt dictũ tẽpus malitioſe uoluerint diſcedere: ꝙ tũc nõ poſſint diſcedere niſi primo ſatiſfecerint cõmuni de oibus imunitatibus per ipſos perceptis per tempora quæ habitauerunt. Et ꝙ hoc ſtatutũ etiã locum nõ habeat in his qui alias fuerunt laboratores & agricole dicte ciuitatis aut comitatus.

De premio ſeu munere faciendo per cõmune illi qui ſe doctorauerit per aliquod collegium. rub. 81.

VT honoris & ꝓmii ꝓtextu hoies ad ſcientiaꝝ ſtudia: & capeſcẽdas ſciẽtias inducant͛: quæ nõ modicis ſed magnis ipendiis ac laboribus acquirũt͛. Ideo ſtatutũ & ordinatũ eſt: pſenti ſtatuto ipoſterũ ualituro & inuiolabilr obſeruãdo: ꝙ quotiẽſcũq; acciderit ꝙ aliquis de ciuitate Piſauri & ſilr eiuſdẽ comitatu effectus fuerit doctor legũ ſeu canonũ / ſeu doctor in arte phyſice: & ſtuduerit adminus per annos quinq; & cõuentatus fuerit ſeu licẽtiatus per aliqđ collegiũ doctoꝝ: & de priuilegio hmõi apparuerit legitime: ꝙ tunc & eo caſu dñs Poteſtas ſeu dñs Locũtenẽs qui pro tpe fuerit: teneat͛ & debeat cõuocari facere cõſiliũ: & in dicto cõſilio ꝓponi debeat de faciẽdo aliquod cõdecẽs munus eidẽ doctorato de hauere cõis: & cõſiliũ oino teneat͛ talẽ doctoratum remunerare habito tñ reſpectu ad qualitatẽ pſone doctorate: tã circa diuitias q̃ ẽt circa ſciẽtiã eiuſdẽ: & hoc teneatur facere dictus dñs Locũtenens ſeu Poteſtas etiã ꝙ requiſitus nõ fuerit /a/ dicto doctorato ſub uinculo iuramenti in officio per ipſos pſtiti.

Quod iudei nõ poſſint acquirere bona ſtabilia. rub. 82.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ de cætero & in futurum iudei & ſeu hebrei aliquid nõ poſſint nec ualeant emere ſeu alio quouis titulo ab aliquo chriſticola acquirere aliqua bona ſtabilia exiſtentia in ciuitate ſeu territorio Piſauri ſine expreſſa licentia Illuſ. Dñi: & hoc ſub pœna amiſſionis rei empte & ſeu acquiſite per ipſos iudeos uel quemlibet ipſorum iudeorum camere applicanda.

De toppo cerchiato & caza ferrea bullatis retinẽdis ꝑ molẽdinarios. rub. 83.

ITem ſtatuerunt ꝙ omnia molendina extra ciuitatem Piſauri: conſtructa tamen in comitatu Piſauri debeant habere toppos cerchiatos de ſuper per tranſurſum & pro quolibet domo molendinariorum unam cazam ferream cum raſora ferrea bullata: & bullatam bulla cõmunis Piſauri & toppus & caza radatur: & toppus cazas quindecim

retinere nec plus nec minus: & quilibet molendinarius toppũ ſuper arcola retinere debeat & nõ in fundo arcole mittere dum uenerit ad accipiendum multurã & de toppo quolibet debeat accipere unam cazam raſam/& non ultra: & qui contrafecerit decem libras ß. nomine banni ſoluere compellatur.

Quod molendinarii morã faciant in molendinis. rub. 84.

ITem ſtatuerunt ꝙ molendinarii per totam noctem ſterit in domo molẽdinorũ ad cuſtodiendũ molẽdina: & cũ uenerit ad diem nõ exeat ex eis ſine hominũ præſentia & totam diem in molendinis ſtare debeat/ & de his exire nõ debeat/niſi cauſa comedendi aut bibendi/ſeu pro corporali neceſſitate. Et hoc ſine fraude & malicia aliqua: & tamen nõ dimittat molendina niſi molendinariis ad guardiam/& ꝙ oleum uel denarios pro oleo ab aliquo nõ accipiat uel aliam pecuniã ſeu rẽ cauſa macinandi: & qui contrafecerit in aliquo prædictorum ſoluat pro qualibet uice uiginti ſoldos ß. & credatur ſacramento accuſatoris ſeu denunciantis.

De blado amiſſo uel guaſto in molendino per molendinarios emendando. rub. 85.

FIrmiter ſtatuerunt & ordinauerunt ꝙ molendinarii molendinorum totius diſtrictus Piſauri teneantur emendare blauam amiſſam & guaſtam ſi eis aut alicui eorum fuerit aſſignata ab aliquo qui eam apportaret in molendinis prædictis & eodem modo ſaccum amiſſum emendare debeat de dicta aſſignatione & quantitate ipſius bladi credatur ſacramento portantis.

De pœna facientium cluſas in canalibus molendinorum. rub. 86.

STatutum eſt etiã ꝙ de cætero nulla pſona audeat uel præſũmat claudere uel clauſa tenere canale uel canalia aliqua uel aliquod molendinorum cõmunis /a/ molendinis ſancti Caxiani ſupra totam fugam dictorum molendinorum propter quod molẽdina prædicta impedirentur macinare. Et ꝙ non ortolanus uel alius audeat accipere aquam de canali molendinorum cõmunis: & qui contrafecerit in prædictis ſoluat nomine pœnæ centum ſol. ß. pro qualibet uice.

De nouis edificiis ſuper fugam molendinorum. rub. 87.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ſi aliquo modo deuenerit ad notitiam domini Poteſtatis ciuitatis Piſauri qui pro tẽpore fuerit quod ſuper fuga uallati molendinoꝝ cõmunis incipiendo /a/ cluſa magna quæ eſt in ſolea ſupra ſanctã Mariã de limata uſq; ad molendina ſancti Caxiani extant aliqua edificia noua uel uetera /a/ priuatis facta: quæ molendinis exiſtentibus in dicto uallato & ſeu uiis publicis aut cõuicinis noceat ſeu impedimentum pſtanti tutie & eo caſu teneat & debeat dictus dñs Poteſtas ab uno magiſtro ſeu pluribus qui nõ ſint de hac ciuitate: & ꝙ ſint bene & optime informati de facto molẽdinoꝝ cõſilium accipere. Et ſi uidebit ꝑdictis magiſtris uel magiſtro ꝑdicto ꝙ ſit infra dictos cõfines aliquod edificiũ ꝙ noceat ſiue impedimentũ pſtet dictis molendinis uel uiis uel cõuicinis ut ſupra: tunc teneatur dictus dñs Poteſtas illud edificiũ per dñm reaptari facere. Ita & taliter ꝙ dãnum nõ inferat dictis molendinis ſeu uiis conuicinis prædictis: & caſu quo huiuſmodi reparatio foret impoſſibilis: tunc & eo caſu poſſit & ualeat dictus dñs ꝑtor ſi eidem uidebitur opportunum & neceſſarium dictum edificium facere remoueri & auferri: & de nouo per totam fugam molendinorum cõmunis aliquod molendinum non debeat ullo modo fieri ſeu permitti fieri ſine licentia

ſuperiorum facta tamen manuteneantur & perſiſtant iuxta ſolitum.

Quod domus ſuper fuga molendinorum nō fiat. rub. 88.

ITem ſtatuerunt ꝙ domus alique ſiue edificia ſuper fugam molendinorum fieri nō debeant ullo modo ſaluo ꝙ pontes neceſſarii fieri / & refici ſuper ea hoc ſtatuto minime deuetentur.

Quod grippi molendinorum ſint liberi. rub. 89.

STatutum eſt etiam ꝙ omnes grippi foſſi molendinorum ſint liberi ab utraꝗ parte in tantum quantum monitia deſcenditur.

Quod nemo ipediat aliquā aquā ſolitā fluere alicui molēdino. rub. 90.

